et ignis non extinguitur.
Q d si oculus tuus scandalizat
te. eice illum. Bonū ē. tibi
luscū introire in regnū dī.
quā duos oculos habentē.
mitti in gehennā ignis.
V bi uermis eorū non moritur.
et ignis non extinguitur.
O mnis enī igne salliet. & omis
uictima sale salli&ur.
B onū ē sal. Quod si sal in
sulsum fuerit. in quo illud
condietis. Habete in uob
salē. et pacē habete int uos.
E t inde exsurgens. uenit in
fines iudeae ultra iordanen.
E t conueniunt iterū turbae
ad eū. et sicut consueuerat.
iterū docebat illos. Et acce
dentes pharisaei. interroga
bant eū. si licet uiro uxorem
dimittere. tēptantes eū.
A t ille respondens. dixit eis.
Q ui d uob p̄cepit moyses.
Q ui dixer. Moyses p̄misit li
bellū repudii scribere. & di
mittere. Quib. respondens
ihs ait. Ad duritiā cordis
ū̄ri. scripsit uob p̄ceptū istud

Ab initio autem creaturae
masculum et feminam fecit eos
deus. Propter hoc relinquet homo
patrem suum et matrem. et adhae
rebit ad uxorem suam. et erunt
duo in carne una. Itaque
iam non sunt duo. sed una
caro. Quod ergo deus iunxit.
homo non separet.

ϛ. ciiii. X Sol. Et in domo iterum discipuli eius
de eodem interrogauerunt eum.

ϛ. cv. II ϛ. cxc. L. cxcv. Et dicit illis. Quicumque dimise
rit uxorem suam. et aliam du
xerit. adulterium committit
super eam. Et si uxor dimiserit
uirum suum. et alii nup
serit. moechatur.

ϛ. cvi. II ϛ. cxcii. L. ccxvi. Et offerebant illi paruulos.
ut tangeret eos. Discipuli autem
comminabantur offerentibus.
Quos cum uideret ihesus indigne
tulit. et ait illis. Sinite
paruulos uenire ad me.
et ne prohibueritis eos. ta
lium est enim regnum caelorum.
Amen dico uobis. Quisquis non rece
perit regnum dei uelut paruu
lus. non intrabit in illud. Et
complexans eos. et inponens
manus super illos. benedicebat eos.

ϛ. cvii. II ϛ. cxciii. L. ccxviii. T. cxxi. Et cum egressus esset in uia.
procurrens quidam genu
flexo ante eum. rogabat eum
dicens. Magister bone.
quid faciam ut uitam aeternam
percipiam. (ΚΛΗΡΟΝΟΜΗϹΩ) Ihesus autem dixit ei.
Quid me dicis bonum. Nemo
bonus. nisi unus deus. Praecep
ta nosti. Ne adulteres. ne
occidas. ne fureris. ne falsum
testimonium dixeris. ne
fraudem feceris. Honora
patrem tuum et matrem.
At ille respondens ait illi.
Magister. omnia haec obserua
ui. a iuuentute mea.

mc. cviii. II mt. cxciiii l. ccxviii. ? clii.

Ihs autē intuitus eū. dilexit
eum. & dixit illi. Unū tibi
deest. Uade. quaecumq.
habes uende. et da paupe
ribus. Et habebis thesau
rum in caelo. et ueni
sequere me. :F:

mc. cviiii. II mt. cxcv l. ccxx

Qui contristatus in uerbo.
abiit maerens. Erat enī
habens possessiones mul
tas. Et circūspiciens ihs.
ait discipulis suis. Quam
difficile qui pecunias ha
bent. in regnū dī introibit.
Discipuli autē obstupescebant
in uerbis eius. At ihs rur
sus respondens. ait illis.
Filioli. quā difficile est confi
dentes in pecuniis. in reg
num dī introire. Facilius
est camelū p foramē acus
transire. quā diuitē intra
re in regnum dī. Qui magis
admirabantur. dicentes ad
semetipsos. Et quis potest
saluus fieri. Et intuens illos
ihs. ait. Apud homines inpossi
bile est. sed non apud dm̄. Omnia
enim possibilia sunt. apud dm̄.
Et coepit ei petrus dicere. Ecce
nos dimisimus omnia. et se
cuti sumus te.

mc. cx II mt. cxcviii. l. ccxxi.

Respondens ihs. ait. Amē dico
uobis. Nemo est qui reli que
rit domum. aut frs. aut soro
res. aut patrem. aut matrē.
aut filios. aut agros propt me.
et propt eugtm. qui non accipiat
centies. tantum nunc in tēpore
hoc domos. et frs. et sorores. &
matrem. et filios. et agros. cū
persecutionibus. et in saeculo fu
turo uitam aeternam.

mc. cxi. II.. mt. cxcviiii. l. clxxiii.

Multi autem erunt primi no
uissimi. et nouissimi primi.

mc. cxii. II mt. cci. l. ccxxii.

Erant autē in uia ascendentes

inhierusalem . etpraecede
bat illos ihs . Etstupebant.
etsequentes dicebant .
VIIII ETADSUMENS ITERŪ
xii . coepit illis dicere . quae
essent ei euentura . Quia ecce
ascendimus hierusolymam .
etfilius hominis tradetur
principib . sacerdotū . etscri
bis . etsenioribus . etdamna
bunt eū morti . Ettradent
eū gentibus . etinludent ei .
etconspuent eū . etflagella
bunt eū . etinterficient eū .
ettertia die resurget .
cn · cxiii · VI · cn · ccii
Etaccedunt adeū iacobus et
iohs filii zebedei dicentes .
Magister . uolumus utqdcūq.
petierimus facias nobis .
Atille dixit eis . Quiduultis
utfaciam uobis ? Etdixerū .
Da nob . ut unus addexteram
tuā . etalius adsinistram
tuā sedeamus ingloria tua .
Ihs aut . ait eis . Nescitis qd
petatis . Potestis bibere ca
licē quem ego bibo ? aut bap
tismum quo ego baptizor
baptizari ? Atilli dixer ei .
Possumus . Ihs autem . ait eis .
Calicē quidem quē ego bibo
bibetis . etbaptismū quo
ego baptizor . baptizabi
mini . sedere aut addexte
rā meā uel adsinistram .
nonestmeum dare . sed
quibus paratum est .
cn · cxiiii · II · cn · cciii · L · cclxx ·
Etaudientes decem . coe
per indignari deiacobo .
etiohe . Ihs aut uocans
eos . ait illis . Scitis quia hi
quiuidentur principari
gentibus dominantur eis .
etprincipes eorū potestatē
habent ipsorum . Nonita
est aut inuobis . Sedquicūq.

uoluerit fieri maior. erit
ur minister. Et quicumque
uoluerit in uobis primus
eē. erit omnium seruus.
mℓ cxv IIII cħ cciii. q xci. l cxxxv. Nam et filius hominis. n̄ ue
nit ut ministraretur ei. sed
ut ministraret. Et daret
animā suā. redemptionē
pro multis.
mℓ cxvi II cħ ccv l ccxxiiii. Et ueniunt hiericho. Et pro
ficiscente eo de hiericho &
discipulis ei. et plurima
multitudine. filius timei
barthimeus cecus sedebat
iuxta uiā mendicans. Qui
cū audisset quia ihs̄ nazare
renus est. coepit clamare
et dicere. Fili dauid ihū.
miserere mei. Et cōmina
bant illi. ut taceret. At il
le multo magis clamabat.
fili dd̄. miserere mei. Et
stans ihs̄. p̄cepit illū uo

cari. Et uocant caecum.
dicentes ei. Animaequior
esto. surge uocat te. Qui
proiecto uestimento suo. exiliens. IIII
uenit ad eum. Et respon
dens illi ihs̄. dix. Quid uis
tibi faciam? Caecus autē.
dixit ei. Rabboni. ut uideā.
Ihs̄ autem illi. Uade. fides tua
te saluū fecit. Et confestim
Bñ s uob ccv. s-s In illo tempore. uidit. et sequebatur eum in uia.
mℓ cxvii. II cħ ccvi. l ccxxii Et cū adpropinquarent hieru
solymae. et bethaniae ad
montē oliuarū. mittit duos
ex discipulis suis. et ait illis.
Ite in castellū. quod est contra
uos. Et statim introeuntes
illuc. inuenietis pullū ligatū.
sup quē nemo adhuc hominū
sedit. Soluite illū. & addu
cite. Et si quis uobis dixerit quid
facitis. dicite. quia dn̄o neces
sarius est. & continuo illum

dimitte huc·
m̄·cxviii· II ·ccviii· L·ccxxxiii Et abeuntes inuener̄ pullū
ligatū ante ianuā foris in bi
uio. et soluunt eū· Et q̄dā
de illic stantibus. dicebant
illis· Quid facitis soluentes
pullū? Qui dixer̄ eis sicut
p̄ceperat illis ihs. et dimiser̄
eis· Et duxer̄ pullū ad ihm. &
inponunt illi uestimenta sua. et
sedit sup eū· Multi aut̄ uestimenta
sua strauer̄ in uia· Alii autē
frondes cedebant de arborib.
et sternebant in uia·
m̄·cxviiii I ·ccviiii· L·ccxxxiiii P·c Et qui praeibant. et qui se
quebant̄. clamabant di
centes· Osanna. benedic
tus qui uenit in nomine
dni· Benedictū q̄d uenit
regnum patris nri dauid.
osanna. in excelsis usq; huc.
m̄·cxx VI ·ccxiii Et Introiuit hierusolymā ·:I·
in tēplū· Et circūspectis

omnib· cū iam uespera
esset hora. exiit in betha
niam cū xii; Et alia die
cū exirent a bethania. e
suriit; Cūq. uidisset a
longe ficū habentē folia.
uenit si quid forte inueni
ret in ea; Et cū uenisset
ad eā. nihil inuenit p̄ter
folia; Non enim erat
tēpus ficorum; Et respon
dens. dixit ei; Iam non
amplius in aeternum quis
quā fructū ex te manducet;
Et audiebant discipuli eius·
m̄·cxxi I ·ccxi L·ccxxxviii L·xxi Et ueniunt hierusolymā;
Et Cum introisset tēplū. ·I·
coepit eicere uendentes·
et ementes in templo; Et
mensas nummulariorū. &
cathedras uendentiū co
lumbas euertit; Et non
sinebat ut quisquā trans

ferret uas per templum. et do
cebat dicens eis; Nonne
scriptum est. quia domus mea.
domus orationis uocabitur
omnibus gentibus? Uos autem
fecistis eam speluncam
latronum.

et principes — mr. cxxii. I mt. ccxx. l. ccxxxviiii. i. lxxxv.

Quo audito principes sacer
dotum et scribae. quaere
bant quomodo eum perderent;
Timebant enim eum. quoniam uni
uersa turba admirabatur
super doctrinam eius;

f. — mr. cxxiii. X sol.

Et cum uespera facta esset. e
grediebatur de ciuitate.
Et cum mane transirent. ui
derunt ficum aridam factam
a radicibus. Et recordatus
petrus. dixit ei. Rabbi. ecce
ficus cui maledixisti. aruit.

mr. cxxiiii. VI mt. ccxv.

Et respondens ihesus. ait illis.
Habete fidem dei. Amen dico
uobis. Quicumque dixerit huic
monti tollere et mittere
in mare. et non haesitauerit
in corde suo. sed crediderit
quia quodcumque dixerit
fiat. fiet ei.

mr. cxxv. IIII mt. ccxxii. i. cl. l. cxxxvii.

Propterea dico uobis. Omnia
quaecumque orantes petitis.
credite quia accipietis. et
euenient uobis.

mr. cxxvi. VI mt. xliii.

Et cum stabitis ad orandum.
dimittite si quid habetis
aduersus aliquem. ut et
pater uester qui in caelis est dimit
tat uobis peccata uestra. Quod
si uos non dimiseritis. nec pater
uester qui in caelis est dimit
tet uobis peccata uestra. f.

mr. cxxvii. II mt. ccxxiii. l. ccxl.

ET UENIUNT X
rursus hierusolymam. Et
cum ambularet in templo. acce
dunt ad eum summi sacerdotes.
et scribae. et seniores. et di
cunt illi. In qua potestate

haec facis. et quis tibi dedit
hanc potestatē ut ista faci
as? Ihs autē respondens.
ait illis. Interrogabo uos
et ego unum uerbum. et
respondete mihi. Et dicā
uob. in qua potestate haec
faciam. Baptismum
iohis de caelo erat. an ex
hominibus? Responde
te mihi. At illi cogitabant
secū dicentes. Si dixeri
mus de caelo. dicet. Quare
ergo non credidistis ei?
S ed si dicemus ex hominibus.
timebant populum. Omš
enim habebant iohm. qa
uere pphā eēt. Et res
pondentes. dicunt ihū.
N escimus. Et respondens.
ihs. ait illis. Neque ego
dico uob. in qua potesta
te haec faciam.

R m. cxxviii
II
ih. ccxviiii.
L. ccxli.

E t coepit illis in parabolis
loqui. Uineā pastinauit hō.
et circū dedit sepē. et fodit
lacū. et aedificauit turrem.
et locauit eā agricolis. et
peregre pfectus est. Et
misit ad agricolas in tēpr
seruū. ut ab agricolis acci
peret de fructu uineae.
Q ui adphensū eū. ceciderū.
et dimiserū uacuum. Et
iterū misit ad illos aliū
seruū. et illū in capite
uulnerauer. et contume
lis adfecer. Et rursum
aliū misit. et illū occider.
E t plures alios. quos dā cae
dentes. alios uero occiden
tes. Adhuc ergo unū ha
bens filiū carissimū. et illū
misit ad eos nouissimū dicēs.
Q uia reuerebuntur filiū meū
C oloni autē. dixerū ad inuicem.

Hic est heres. uenite occida
mus eũ. et nr̃a erit here
ditas. Et adp̄hendentes
eũ occiderũt. et eiecerunt ex
tra uineã. Quid ergo faci
et dominus uineae? Ve
niet et p̄det colonos. &
dabit uineam alíis. Nec
scripturã hanc legistis?
L apidẽ quẽ reprobauerũt
aedificantes. hic factus ē.
in caput anguli? A dño
factũ ē istud. et est mira
bile in oculis nostris.
R̄ m. cxxviii. I mr. ccxx. L. ccxlii. I. lxxxviii. E t quaerebant eũ tenere.
et timuerũt turbã. Cog
nouerunt enim qm̃ ad
eos parabolam hanc dixe
rit. et relicto eo abierũt.
R̄ m. cxxx. I mr. ccxx. L. cc. xlii. I. lxxxviii. E t miserunt ad eũ quosdã
ex pharisaeis. et herodi
anis. ut eum caperent in
uerbo. Qui uenientes di
cunt ei. Magister. scim̃
qm̃ uerax es. et non curas
quemquã. nec enim uides
in faciem hominũ. sed in
ueritate uiã dĩ doces. Li
cet dari tributũ caesari.
an non dabimus? Qui
ὑποκρισιν sciens uersutiã eorũ. ait
illis. Quid me temptatis?
A dferte mihi denarium.
ut uideam. At illi adtulerũt.
E t ait illis. Cuius ē imago
hec. et inscriptio? Dicunt
illi. caesaris. Respondens
autẽ ihs. dix illis. Reddite
igitur quae sunt caesaris.
caesari. et quae sunt dĩ dõ.
E t mirabantur sup eo. Et uenerũt
ad eũ sadducaei. qui dicunt
resurrectionẽ n̄ ee̅. et int
rogabant eũ. dicentes.
M agister. moyses nob scrip
sit. ut si cuius frat mortuus

fuerit et dimiserit uxorē.
et filios non reliquerit. ac
cipiat frāter eius uxorē ipsius. et
resuscitet semē fratri suo. Sep
tē ergo frēs erant. Et primus
accepit uxorē. et mortuus ē.
n̄ relicto semine. Et secundus ac
cepit eā. et mortuus ē. Et
nec iste reliquid semē. Et ter
tius similiter. Et acceper̄ eā
similiter septē. et n̄ reliquer̄
semē. Nouissima omnium.
defuncta est et mulier. In
resurrectione ergo cū resur
rexerint. cuius de his erit
uxor? Septē enim habu
er̄ eā uxorē. Et respondens
ihs ait illis. Nonne ideo er
ratis n̄ scientes scripturas.
neq. uirtutē dī? Cū enim
a mortuis resurrexerint.
neq. nubent. neq. nubentur.
sed sunt sicut angeli in celis.

De mortuis autē quod resur
gant. n̄ legistis in libro moysi.
sup rubū quomodo dixerit
illi dn̄s inquiens? Ego sū dn̄s
abraham. et dn̄s isaac. et dn̄s ia
cob. N̄ ē. dn̄s mortuorum.
sed uiuorum. Uos ergo
multum erratis.
m̄ cxxxi I VI m̄ ccxxiii Et Accessit unus de scribis. :I:
qui audierat conquirentes
illos. Et uidens qm̄ bene
illis responderit Interro :I:
gauit eū qd̄ eēt primū om
nium mandatū. Ihs autē
respondit ei. Quia primū
omnium mandatū est. audi
isrł. dn̄s ds̄ n̄r ds̄ unus est.
Et diliges dn̄m dm̄ tuū ex to
to corde tuo. et ex tota ani
ma tua. et ex omni mente
tua. et ex tota uirtute :IC XOY CCOY
tua. Hoc ē. primū man
datū. Secundum autem.

simile est illi· Diliges pro
ximū tuū· tā quā teipsū·
Maius horum aliud man
datum Non est·

m·cxxxii· X Sol E t ait illi scriba· Bene ma
gister in ueritate dixisti.
quia unus ē· et nō ē· alius p̄t
eū· et ut diligat ex toto cor
de· et ex toto intellectu· et
ex tota anima· et ex tota
fortitudine· Et diligere
p̄ximū tā quā se ipsum· ma
ius est omnib; holocaustoma
tib· et sacrificiis· Ihs autē
uidens qd sapient respon
disset· dixit illi· Non es
longe· a regno dī· ·F·

m·cxxxiii· II I·ccxxvi· L·ccxliiii· E t nemo iam audebat eum
interrogare·

m·cxxxiiii· II I·ccxxv L·ccxlv E t respondens ihs· dicebat
docens in tēplo· Quomodo
dicunt scribae xp̄m filiū
eē dd̄? Ipse enim dauid
dicit in spū sc̄o· Dix dns
dn̄o meo. sede a dextris meis·
Donec ponā inimicos tuos· sca
bellū pedū tuorū? Ipse
ergo dauid dic eū dnm. et
unde est filius ei? Et multa
turba eū libent audiunt·

m·cxxxv II I·ccxxviii· E t dicebat eis in doctrina sua· ·I·
L·ccxlvi I·cxxxvii· Cauete a scribis qui uolunt
in stolis ambulare· et salu
tari in foro· et in primis ca
thedris sedere in synagogis·
et primos discubitos in caenis·

m·cxxxvi VIII L·ccxlvii· Q ui deuorant domos uidu
arum sub obtentu prolixae
orationis. hi accipient pro
:ΠΕΡΙCCΟΤΗΡΟΝ lixius iudicium· Et ·F·

·I· S edens ihs contra gazophi
lacium. aspiciebat quō
turba iactaret aes in gazo
philacium· Et multi di
uites· iactabant multa·
Cū uenisset aūt una uidua

paup· misit duo minuta
quod est quadrans. Et con
uocans discipulos suos. ait
illis· Amen dico uob· Qm
uidua haec paup plus om
nib· misit. qui miserunt in
gazophilacium· Omnes enim
ex eo qd abundabat illis.
miserunt· Haec uero de
penuria sua· omnia quae
habuit misit. totu uictum
suum ·:F:·

R m̄· cxxxvii · m̄· ccxlii · l· cc·xxxvii · i· ccxlviii ·
·:I:·
Et Cum egrederetur
de templo· ait illi unus ex
discipulis suis· Magister.
aspice quales lapides.
et quales structurae.
Et respondens ihs· ait illi·
Uides has omnes magnas ae
dificationes. Non relin
quetur lapis sup lapidem.
qui non destruatur·

R m̄· cxxxviii · m̄· cc· xliii · l· cc· xlviii ·
ET CUM SEDERET ·XI·

in monte oliuaru contra
templu. interrogabant eum
separatim petrus et iaco
bus et iohs et andreas·
Dic nobis quando ista fient.
et qd signum erit quando
haec omnia incipient consu
mari. Et respondens
ihs coepit dicere illis·
·:I:·
Uidete ne quis uos sedu
cat· Multi enim uenient
in nomine meo dicentes qa
ego sum. et multos sedu
cent· Cu aut audieritis
bella et opiniones belloru.
ne timueritis· Oportet
enim fieri. sed non du finis·
Exsurget aut gens super
gentem. et regnu sup regnu.
et erunt terraemotus p
loca et fames. initium
dolorum haec·
Uidete aut uos met ipsos· R m̄· cxxxviiii · m̄· ccxliii · l· ccl· · i· cxli· · i· cxlvi·

Tradent enim uos in conciliis.
et in synagogis uapulabitis.
Et ante praesides et reges stabitis
propter me. in testimonium illis.
M· cxl · III · M· cxlvi · Et in omnes gentes primum opor
tet praedicari euangelium.
M· cxli · II · M· lxxxviii · L· cxlviii · I· cli · Et cum duxerint uos tradentes.
nolite praecogitare quid loqua
mini. sed quod datum uobis fuerit
in illa hora. id loquimini.
Non enim uos estis loquentes.
sed spiritus sanctus. Tradet autem frater
fratrem in mortem. et pater fili
um. et consurgent filii in
parentes. et morte adfi
cient eos. Et eritis odio
omnibus propter nomen meum.
Qui autem sustinuerit in fi
nem. hic saluus erit.
M· cxlii · VI · M· cexlviii · Cum autem uideritis abomina
tionem desolationis stantem
ubi non debet. qui legit
intellegat.

M· cxliii · II · M· cexlviii · L· cexxiii · I· celii · Tunc qui in iudaea sunt. fu
giant in montes. Et qui su
per tectum. non descendat in domum.
nec introeat ut tollat quid
de domo sua. Et qui in agro
erit. non reuertatur retro tol
lere uestimentum suum.
M· cxliiii · II · M· cexlviiii · L· celiii · Vae autem praegnantibus et nu
trientibus in illis diebus.
M· cxlv · VI · M· cel · Orate uero. ut hieme
non fiant.
M· cxlvi · II · M· celi · L· celv · Erunt dies illi tribulati
ones tales. quales non fuer
ab initio creaturae quam
condidit deus usque nunc
neque fient.
M· cxlvii · VI · M· celii · Et nisi breuiasset dominus dies.
non fuisset salua omnis caro.
Sed propter electos quos ele
git. breuiauit dies.
M· cxlviii · II · M· celiii · L· celiii · Et tunc si quis uobis dixerit
ecce hic est christus. ecce illic.
ne credideritis.

enim

m̄. cxlviiii. VI m. ccliiii. Exsurgent enim pseudo cristi.
et pseudo prophete. et dabit
signa et portenta ad seducen
dos. si fieri potest etiam elec
tos. Vos ergo uidete. ec
ce praedixi uobis omnia.
m̄. cl. II m. cclviiii. L. cclvii. Sed in illis dieb. post tribulatio
nē illā sol contenebrabitur.
et luna non dabit splendorē
suū. et stelle celi erunt deciden
tes. et uirtutes quae sunt
in caelis mouebuntur.
m̄. cli. II m. cclviiii. L. cclvii. Et tunc uidebunt filiū homi
nis uenientē in nubib. cum
uirtute multa et gloria.
Et tunc mittet angelos suos.
et congregabit electos suos
a quattuor uentis. a summo
terrae usq. ad summū caeli.
A ficu autē discite parabolam.
Cū iam ramus eius tener fuerit.
et nata fuerint folia. cognos
citis quia in proximo sit estas.

Sic et uos cū uideritis haec fieri.
scitote quia in proximo sit in ostiis.
Amē dico uob. quia nō transibit
generatio hec. donec omnia ista
fiant. Celū et terra transibt.
uerba autē mea nō transibunt.
m̄. clii. VI m. cclx. De die autē illo uel hora ne
mo scit. neq. angeli in caelo.
neque filius. nisi pater.
m̄. cliii. VI m. cclxii. Uidete. uigilate et orate;
nescitis enī quando tēpus sit;
m̄. cliiii. II m. cclxviiii. L. ccxxviii. Sicut homo qui peregre
profectus reliquit domū suam.
et dedit seruis suis potestatē
cuiusque operis. et ianitori
precipiat ut uigilet.
m̄. clv. II m. cclxiii. L. clvi. Uigilate ergo. nescitis enim
quando domus dominus ueniat;
sero. an media nocte. an galli
cantu. an mane; Ne cum
uenerit repente. inueniat
uos dormientes. Quod autē uob
dico. omnib. dico. uigilate.

ā. clvi. / ꝯ. cclxxiii. / l. cclx. / l. xx. ꝯ. xlviii.

ERAT AUTEM PASCHA
et azimae post biduum;

ā. clvii. / VI / ꝯ. cclxxv.

Et quaerebant summi sacerdo
tes et scribae. quomodo eum
dolo tenerent et occidere
nt; Dicebant enim; Non
in die festo. ne forte tu
multus fieret populi;

ā. clviii. / I / ꝯ. cclxxvi. / l. lxxiii. / l. xcviii.

Et cum esset bethaniae in domo
simonis leprosi et recumbe
ret. uenit mulier habens
alabastrum unguenti nardi
spicati pretiosi. et fracto ala
bastro. effudit super caput
eius; Erant autem quidam in
digne ferentes intra semet
ipsos. et dicentes; Ut quid
perditio ista unguenti facta est
Poterat enim unguentum istud
uenundari plus quam ccc tis
denariis. et dari pauperi
bus; Et fremebant in eam;
Ihs autem dixit; sinite eam.

ΠΙСΤΙΚΗС
СΙΝΤΡΙΑСΑΤΟΑ ΑΛΒΑСΤΡΟΝ

ΚΟΠΟΥΣ ΠΑΡΗΧΕΤΕ

Quid illi molesti estis; Bonum
opus operata est in me; Semper
enim pauperes habetis uobiscum
Et cum uolueritis potestis illis be
nefacere. me autem non
semper habetis;

ā. clviiii. / IIII / ꝯ. cclxxvii / l. xcviii.

Quod habuit haec fecit; prae
uenit unguere corpus meum
in sepulturam; Amen dico uobis
Ubicumque praedicatum fuerit euan
gelium istud in uniuersum mun
dum; et quod fecit haec. narra
bitur in memoriam eius;

ā. clx. / II / ꝯ. cclxxviii / l. cclxii.

Et Iudas scariothes unus de
xii. abiit ad summos sacerdo
tes. ut proderet eum illis;
Qui audientes gauisi sunt; Et
promiserunt ei pecuniam se daturos;
Et quaerebat quomodo illum
oportune traderet; Et pri
mo die azimorum quando pas
cha immolabant. dicunt ei
discipuli; Quo uis eamus.

et paremus tibi ut manduces pascha. Et mittit duos
ex discipulis suis. et dic eis;
Ite in ciuitatē. et occurret
uob hō lagoenā aquae baiu
lans. sequimini eum; Et
quocumq. introierit. dicite
domino domus; Quia ma
gister dicit. Ubi est refec — diuersorium meum
tio mea. ubi pascha cū disci
pulis meis manducem.
Et ipse uob demonstrabit ce
naculū grande stratū. et
illic parate nobis; Et abier̄
discipuli ei. et uener̄ in ciui
tatē. et inuener̄ sicut dixe
rat illis. et parauer̄ pascha;
clxi IIII cclxxviiii cxxi lxxii Vespere autē facto. uenit cum
xii. Et discumbentib. eis.
et manducantibus. ait ihs.
Amen dico uob. Quia unus ex uob
me tradet. qui manducat
mecum.

clxii I cclxxx cclxviii lxxii At illi coeper̄ contristari. et
dicere ei singillatim.
Numquid ego?
clxiii II cclxxxi cclxviii Quiat illis; Unus ex xii.
qui intingit mecū in catino; — ΤΡΥΒΛΙΟΝ
Et filius quidē hominis uadit.
sicut scriptū ē de eo; Uae
autē homini illi. p quē filius
hominis traditur;
clxiiii VI cclxxxii Bonum ei erat. si non eēt
natus homo ille.
clxv I cclxxxiii cclxvi lxv. lv Et manducantib. illis. acce
pit ihs panē. et benedicens
fregit. et dedit eis. et ait;
Sumite. hoc ē. corpus meum.
clxvi II cclxxxv cclxv. lxvii Et accepto calice. gratias
agens dedit eis; Et biber̄
ex illo omīs. et ait illis; Hic
est sanguis mš noui testamti.
qui pro multis effundetur;
Amen dico uob. Q iam n bibā
de genimine uitis. usque
in diem illū cū illud bibā

m. clxvii VI mt. cclxxxvi
nouum in regno dei;

Et hymno dicto. exierunt in montem oliuarum.;

m. clxviii IIII mt. cclxxxvii l. clii
Et ait eis ihs; Omnes scandalizabimini in nocte ista. quia scriptum est;

m. clxviiii VI mt. cclxxxviii
Percutiam pastorem. et dispergentur oues; Sed postea quam resurrexero. praecedam uos in galileam.,

m. clxx I mt. cclxxxviiii l. cclxxv l. cxxvi
Petrus autem ait ei. Et si omnes scandalizati fuerint. sed non ego; Et ait illi ihs; Amen dico tibi. quia tu hodie in nocte hac prius quam gallus uocem dederit. ter me es negaturus;

m. clxxi VI mt. ccxc
At ille amplius loquebatur; Et si oportuerit me simul commori tibi. non te negabo; Similiter autem et omnes dicebant;

ΧΩΡΙΟΝ m. clxxii I mt. ccxci l. cclxxviii l. clvi
Et ueniunt in praedium. cui nomen gethsemani;

m. clxxiii VI mt. ccxcii
Et ait discipulis suis. Sedete hic. donec orem; Et adsumit petrum et iacobum. et iohannem secum. et coepit pauere et taedere; ΕΚΤΑΝΒΕ ΙϹΘΑΙ

m. clxxiiii IIII mt. ccxciii l. cvii
Et ait illis; Tristis est anima mea. usque ad mortem; sustinete hic. et uigilate;

m. clxxv I mt. ccxciiii l. cclxxxi l. clxi
Et cum processisset paululum. procidit super terram. et orabat ut si fieri posset transiret ab eo hora. et dixit;

Abba pater. omnia possibilia tibi sunt; Transfer calicem hunc a me;

m. clxxvi I mt. ccxcv l. cclxxxii l. lviii. lxlii
Sed non quod ego uolo. sed quod tu; Et uenit. et inuenit eos dormientes; Et ait petro; Simon dormis. non potuisti una hora uigilare.

m. clxxvii II mt. ccxcvi l. cclxxx l. cclxxxiii
Vigilate et orate. ut non intretis in temptationem;

Spiritus quidem promptus. caro uero infirma; m. clxxviii IIII mt. ccxcvii l. lxx.

mr clxxviiii VI mt cccxcviii Et iterũ abiens. orauit eun
de sermone dicẽs. Et reuer
sus denuo. inuenit eos dor
mientes; erant enĩ oculi illo
rũ grauati; Et ignorabant.
quid responderent ei; Et
uenit tertio. & ait illis; Dor
mite iam. et requiescite.
mr clxxx IIII mt cccxcviiii l ciii Sufficit. uenit hora. ecce
tradetur filius hominis. in
manus peccatorũ. Surgi
te. eamus. ecce qui me
tradet. prope est.
mr clxxxi I mt ccc l cclxxxv l clviii Et adhuc eo loquente. uenit
iudas scarioth unus ex xii. &
cũ illo turba multa cũ gla
diis et lignis. a summis sacer
dotib. et a scrib. et seniorib.;
mr clxxxii II mt ccci l cclxxxvi Dederat autẽ traditor ei signũ
eis dicẽs; Quẽcumq. osculatus
fuero. ipse ẽ. tenete eũ. &
ΑϹΦΑΛΟϹ ducite caute; Et cũ uenis
set. statĩ accedens ad eũ. ait.
Rabbi. Et osculatus ẽ eũ. At illi
manus iniecerunt in eum.
et tenuerunt eum;
mr clxxxiii I mt cccii l cclxxxvii l clx Vnus autẽ quidã de circum
stantib. educens gladiũ. per
cussit seruũ summi sacerdo
tis. et amputauit illi auriculã;
mr clxxxiiii I mt ccciii l cclxxxviii l clx Et respondens ihs. ait illis;
Tamquã ad latronẽ existis
cũ gladiis et lignis. conpre
hendere me. Cotidie erã
apud uos in templo docens.
et nõ me tenuistis; Sed ut
impleantur scripturae;
mr clxxxv VI mt cccv Tunc discipuli ei relinquen
tes eum. omnes fugerunt;
mr clxxxvi X sol Adulescens autẽ quidã se
quebatur eũ amictus sindo
ne super nudo. et tenuerũt eũ; ΕΠΙΓΥΜΝΟϹ
At ille reiecta sindone. nu
dus profugit ab eis;
mr clxxxvii I mt cccvi l ccxc l clxii Et adduxerunt ihm ad summũ
sacerdotẽ. et conuenerunt

omnes sacerdotes et scri
bae et seniores;

M. clxxxviii. IIII Mr. cccvii. L. clxiii.

Petrus autem a longe secutus
est eum usque intro in atrium
summi sacerdotis. et sede
bat cum ministris. et cale
faciebat se ad ignem;

M. clxxxviiii. II Mr. cccviii. L. ccx. ΠΡΑΕΤΟ ΦΟC

Summi sacerdotes uero et
omne concilium quaereba
nt aduersus ihm testimo
nium. ut eum morti trade
rent. nec inueniebant;
Multi enim testimonium falsum di
cebant aduersus eum. et con
uenientia testimonia non
erant;

M. cxc VI Mr. cccviiii.

Et quidam surgentes. falsum testi
monium ferebant aduersus
eum dicentes; Quoniam nos audiui
mus eum dicentem; Ego dissol
uam templum hoc manufactum.
et per triduum aliud non manu
factum aedificabo; Et non
erat conueniens testimonium illorum.

ET EXSURGENS XIIII

summus sacerdos in medium. inter
rogauit ihm dicens; Non respondes
quicquam ad ea quae tibi obiciuntur
ab his? Ille autem tacebat. et ni
hil respondit; Rursum summus sa
cerdos interrogabat eum. et dicit ei;
Tu es xps filius benedicti?

M. cxci I Mr. cccx L. ccxxvii I. lxviii.

Ihs autem dixit illi; Ego sum.
Et uidebitis filium hominis a dextris
sedentem uirtutis. et uenientem
cum nubibus caeli;

M. cxcii VI Mr. cccxi.

Summus autem sacerdos scindens
uestimenta sua ait;

M. cxciii. II Mr. cccxii L. ccxcviii

Quid adhuc desideramus testes?
Audistis blasphemiam. quid uobis
uidetur? Qui omnes condemna
uerunt eum esse reum mortis;

M. cxciiii. I Mr. cccxiii. L. ccxciiii I. clxxii

Et coeperunt quidam conspuere
eum. et uelare faciem eius. et co
laphis eum caedere. et dicere ei;
Prophetiza. Et ministri alapis

eum caedebant ;
m̄ cxcv · I · m̄r cccxiiii · l ccxci · i clxviii · ɔ clxvii Et cū eēt petrus in atrio deor
sū . uenit una ex ancillis summi
sacerdotis . et cū uidisset pe
trū calefacientē se . aspiciens
illū ait ; Et tu cū ihū nazza
reno eras ; At ille negauit
dicens ; Neque scio . neque
noui quid dicas ;
m̄ cxcvi · I · m̄r cccxvi · l ccxcii · i clxxv Et exiit foras ante atrium .
et gallus cantauit ; Rursus
autē cū uidisset illū alia an
cilla . coepit dicere circū
stantibus ; Quia hic ex illis ē . ,
At ille iterū negauit ; Et post
pusillū . rursus qui adsta
bant dicebant petro ; Vere
ex illis es . nam et galileus es ;
Ille autē coepit anathematiza
re et iurare . quia nescio
hominē istū quē dicitis ; Et
m̄ cxcvii · II · m̄r cccxvi · l ccxciii · statī iterū gallus cantauit ;
Et recordatus ē . petrus uer
bi q̄d dixerat ei ihs . prius quā
gallus cantet bis . ter me
negabis ; et coepit flere ;
m̄ cxcviii · II · m̄r cccxviii · l ccxcv Et confestim mane consili
um facientes sūmi sacerdo
tes cū senioribus . et scribis .
et uniuerso concilio .
m̄ cxcviiii · I · m̄r cccxviii · l ccc · i clxxvi Vincientes ihm . duxerunt .
et tradiderunt pilato .
Et interrogauit eū pilatus ; m̄ cc · I · m̄r cccxx · l ccciii · i clxxviii ·
Tu es rex iudaeorū ? At ille
respondens . ait illi ; Tu dicis ;
m̄ cci · IIII · m̄r cccxxi · i clxxx · ɔ cxcii Et accusabant eū summi
sacerdotes in multis . Pi
latus autē . rursū interroga
uit eū dicens ; Non respondes
quicquā ? Vides in quan
tis te accusant ; Ihs autē
amplius nihil respondit .
ita ut miraretur pilatus .
m̄ ccii · II · m̄r cccxxii · l ccviiii Per diē autē festū dimittere
solebat illis unū ex uinctis
quē cum que petissent ;

mr · ccIII · IIII · lc · cccxxIII · i · clxxxIII Erat autem qui dicebatur barab
bas qui cum seditiosis erat
uinctus. qui in seditione fece
rat homicidium; Et cum ascen
disset turba. coepit rogare.
sicut semper faciebat illis; Pi
latus autem respondit eis. et
dixit. Uultis dimittam uobis
regem iudaeorum. Sciebat
enim. quod per inuidiam tradidis
sent eum summi sacerdotes;

mr · ccIIII · I · lc · cccxxv · l · ccc · x · i · clxxxIIII Pontifices autem concitauerunt
turbam. ut magis barabban
dimitteret eis·

mr · ccv · I · lc · cccxxvI · l · cccxI · i · clxxxvIII · I · cxcIIII · Pilatus autem iterum respondens:
ait illis; Quid ergo uultis
faciam regi iudaeorum. At illi
iterum clamauerunt; crucifige
eum; Pilatus uero dicebat
eis; Quid enim mali fecit.
At illi magis clamabant;
crucifige eum.·

mr · ccvI · I · lc · cccxxvIII · l · cccxIIII · i · cxcvI · Pilatus autem uolens populo
satis facere. dimisit illis ba
rabban; Et tradidit iesum
flagellis caesum. ut cruci
figeretur;

mr · ccvII · IIII · lc · cccxxvIIII · l · clxxxvII · i · clxxxvII Milites autem duxerunt eum intro
in atrium praetorii. et conuo
cant totam cohortem. et indu
unt eum purpura; Et inponunt
ei plectentes spineam coronam.
et coeperunt salutare eum; aue
rex iudaeorum; Et percutiebant
caput eius harundine. et
conspuebant eum. et ponentes
genua adorabant eum.;

mr · ccvIII · VI · lc · cccxxx Et postquam inluserunt ei.
exuerunt illum purpura. et in
duerunt illum uestimentis suis. et
educunt illum. ut crucifi
gerent eum.

mr · ccvIIII · I · lc · cccxxxI · l · cccxv · i · cxcvIII · Et angariauerunt praetereuntem
quempiam symonem cyreneum.
uenientem de uilla patrem
alexandri et rufi. ut tol

lleret crucem eius;
m. ccx. I. ma. cccxxxvi. L. cccxviii. I. cxcvii. Et perducunt illum in gol
gothae locum. quod est in
terpretatum caluariae locus;
m. ccxi. IIII. ma. cccxxxviii. I. cciii. Et dabant ei bibere mur
ratum uinum. et non
accepit;
m. ccxii. I. ma. cccxxxiiii. L. cccxxi. I. cci. Et crucifigentes eum. diuiser
unt uestimenta eius. mittentes sor
tem super eis. quis quid tolleret;
m. ccxiii. X. Sol. Erat autem hora tertia. et
crucifixerunt eum;
m. ccxiiii. I. ma. cccxxxv. L. cccxxiiii. I. cxcviiii. Et erat titulus causae eius in
scriptus. rex iudaeorum;
m. ccxv. I. ma. cccxxxvi. L. cccxvii. I. cxcviii. Et cum eo crucifigunt duos la
trones. unum a dextris. et
alium a sinistris eius;
m. ccxvi. VIII. L. cclxxvii. Et adimpleta est scriptura
quae dicit. et cum iniqu
is reputatus est;
m. ccxvii. VI. ma. cccxxxvii. Et praetereuntes blasphema
bant eum. mouentes capita
sua. et dicentes; Vah.

qui destruit templum. et in trib.
dieb. aedificat. Saluum
fac temetipsum. des
cendens de cruce;
m. ccxviii. II. ma. cccxxxviii. L. cccxxii. Similiter et summi sacer
dotes. ludentes ad alter
utrum. cum scribis dice
bant. Alios saluos fecit.
se ipsum non potest saluum
facere. Xps rex israhel.
descendat nunc de cruce.
m. ccxviiii. II. ma. cccxxxviiii. L. ccxxii. ut uideamus et credamus;
Et qui cum eo crucifixi
erant. conuiciabantur ei;
m. ccxx. II. ma. cccxl. L. cccxxvii. Et facta hora sexta. te
nebrae factae sunt per totam terram.
usque in horam nonam;
m. ccxxi. VI. ma. cccxli. Et hora nona. ex
clamauit ihs uoce magna
dicens; Heloi. heloi. lema
sabacthani. quod est interpreta
tum. ds ms. ds ms. ut quid de
reliquisti me. Et quidam

de circumstantibus audien-
ter dicebant; Ecce he-
liam uocat;
mt. ccxxii. II mr. cccxlii. l. cccxxiii. C urrens autem unus et im-
plens spongiam aceto. cir-
cumponensque calamo. po-
tum dabat ei dicens; Sinite
uideamus. si ueniat heli-
as ad deponendum eum;
mt. ccxxiii. I mr. cccxliii. l. cccxxviii. i. cciiii. I hesus autem emissa uoce mag-
na. exspirauit;
mt. ccxxiiii. II mr. ccc. xliiii. l. ccc xxviii. E t uelum templi scissum
est in duo. a summo usque
deorsum;
mt. ccxxv. II mr. cccxlvi. l. cccxxx. V idens autem centurio qui ex
aduerso stabat. quia sic
clamans exspirasset. ait
V ere hic filius dei erat.
ccxxvi. VI mr. cccxlvii. E rant autem et mulieres de
longe aspicientes. inter
quas erat maria magdale-
nae. et maria iacobi mino-
ris. et ioseph matris. et salome;

E t cum esset in galilea seque-
bantur eum. et ministrabant ei;
E t aliae multae. quae simul cum eo
ascenderant hierusolymam;
mt. ccxxvii. I mr. cccxlviii. l. cccxxxii. i. ccvi. E t cum iam sero esset factum.
quia erat parasceue quod est
ante sabbatum. uenit ioseph
ab arimathia nobilis decurio.
qui et ipse erat exspectans
regnum dei; Et audacter in-
troiuit ad pilatum. et petiit
corpus ihesu; Pilatus autem mi-
rabatur si iam obisset. et ac-
cersito centurione. interro-
gauit eum si iam mortuus esset;
E t cum cognouisset a centurione.
donauit corpus ioseph;
mt. ccxxviii. I mr. cccxlviiii. l. cccxxxiii. i. ccviii. I oseph autem mercatus sindonem.
et deponens eum inuoluit sindo-
ne. et posuit eum in monumento
quod erat excisum de petra; et
aduoluit lapidem ad osti-
um monumenti.

mt·ccxxviiii· VI io·cccl· Maria autē magdalenae. et
maria ioseph. aspiciebant
ubi poneretur.
mt·ccxxx· VIII lc·cccxxxv Et cum transisset sabbatum.
·:I:· Maria magdalene et maria
iacobi et salome emerunt
aromata. ut uenientes un
guerent eum.
mt·ccxxxi· I io·ccclii· lc·cccxxxvi io·ccxiiii· Et ualde mane una sabbato
rum; ueniunt ad monumentū
orto iam sole. Et dicebant
ad inuicē. Quis reuoluet
nobis lapidē ab ostio monu
menti? Et respicientes.
uiderunt reuolutū lapidem.
erat quippe magnus ualde.
Et introeuntes in monumentū.
uiderunt iuuenē sedentē
in dextris coopertū stola can
dida. et obstipuerunt.
mt·ccxxxii· II io·cccliii· lc·cccxxxvii Qui dicit illis. Nolite expa
uescere. Ihm̄ quaeritis
nazarenum. crucifixum.

surrexit. non est hic. Ecce
locus; ubi posuerunt eum.
Sed ite dicite discipulis
eius et petro. quia praecedit
uos in galileam. Ibi eum
uidebitis. sicut dixit uobis. ·:F:·
mt·ccxxxiii· II io·cccliiii· lc·cccxxxviii At illae exeuntes. fuger̄
de monumento. Inuase
rat enim eas tremor et pa
uor. et nemini quicquam
dixerunt. timebant enī.
Surgens autē mane prima
sabbati. apparuit primo
mariae magdalenae.
de qua eiecerat septem
daemonia. Illa uadens
nuntiauit his qui cum eo
fuerant. lugentib. et flen
tibus. Et illi audientes quia
uiueret et uisus esset ab ea.
non crediderunt. Post haec
autē duob. ex eis ambulan
tibus. ostensus est in alia

effigie · euntib · inuillam ·
Et illi euntes nuntiauer̄ ce-
ris · nec illis crediderunt ·
:|: m · ccxxxiiii X sol Nouissime Recumbentib;
discipulis
b · undecim; apparuit · illis ihs ·
et exprobrauit incredulita
tem illorum · et duritiã
cordis · Quia his qui uide
rant eum resurrexisse ·
non crediderunt; Et dix
eis; Euntes in mundũ uni
uersum · p̄dicate euange
lium omni creaturae;
Qui crediderit et baptiza
tus fuerit · saluus erit;
Qui uero non crediderit ·
condemnabitur; Signa
autem eos qui crediderint ·
haec sequentur; In nomi
ne meo · demonia eicient ·
Linguis loquentur nouis ·
serpentes tollent; Et si
mortiferum quid biberint ·
non eos nocebit; Super
aegros manus inponent ·
et bene habebunt; Et
dn̄s quidem ihs · postquã
locutus est eis · assump
tus est in caelum · et sedit
a dextris dī; Illi autem
profecti · p̄dicauerunt ubiq;
que · dn̄o cooperante ·
et sermonem confirmante ·
sequentibus signis;

EXPLICIT
EVANGEL
SECVNDV
MARCVM

Initiu s. euglii. sedm matheum. Liber generationis
ihu xpi filii dauid. filii abraham. Abraham genuit isa
ac. isaac autē genuit iacob. Iacob autem genuit iuda
& frs ei. Iudas autē genuit phares & zara de thamar.
Phares autē genuit esrom. esrom autē genuit aram.
Aram autē genuit aminadab. aminadab autē genuit
naasson. Naasson autē genuit salmon. salmon autē
genuit booz de rachab. Booz autē genuit obed ex ruth.
obed autē genuit iesse. Iesse autē genuit dauid regē.
dauid autē rex genuit salomonē. ex ea quę fuit urię.
Salomon autē genuit roboam. roboam autē genuit
abia. Abia autē genuit asa. asa autē gen iosaphat.
Iosaphat aut genuit ioram. ioram aut gen oziam.
Ozias aut gen ioatham. ioathas autē gen achaz.
achaz aut gen ezechiam. ezechias aut gen manassen.
Manasses autē genuit amon. amon autē gen iosiā.
Iosias autē genuit iechoniā & frs ei. in transmigra
tione babilonis. Et post transmigrationē babilonis.
iechonias gen salathiel. Salathiel aut gen zoro
babel. Zorobabel autē gen abiud. Abiud aut gen
eliachim. eliachim autē gen azor. Azor aut gen
sadoch. Sadoch autē gen achim. Achim aut gen
eliud. eliud autē gen eleazar. Eleazar autē genuit
mathan. mathan autē gen iacob. Iacob autē genuit
ioseph uirū marię. de qua natus est iesus q̄ uocat̄ xpc.

Factum est cum baptiza In epiph. Secdm lucam.

retur omnis populus & ihu baptizato & orante apti
est celum & descendit sps scs corpali specie sicut colum
ba in ipsum. Et uox de celo facta est dicens. Tu es filius
meus dilectus in te complacuit mihi. Et ipse iesus erat
incipiens quasi annorum triginta ut putabatur filius ioseph.

Qui fuit heli	Qui fuit ioda
Qui fuit matthat	Qui fuit iohanna
Qui fuit leui	Qui fuit resa
Qui fuit melchi	Qui fuit zorobabel
Qui fuit ianne	Qui fuit salathiel
Qui fuit ioseph	Qui fuit neri
Qui fuit mathathie	Qui fuit melchi
Qui fuit amos	Qui fuit addi
Qui fuit naum	Qui fuit cosan
Qui fuit hesli	Qui fuit helmadan
Qui fuit nagge	Qui fuit her
Qui fuit maath	Qui fuit hiesu
Qui fuit mathathie	Qui fuit elieser
Qui fuit semei	Qui fuit iorim
Qui fuit ioseph	Qui fuit matthat

Qui fuit leui

Qui fuit simeon

Qui fuit iuda

a Qui fuit ioseph

Qui fuit iona

Qui fuit eliachim

Qui fuit melea

Qui fuit menna

R Qui fuit mathata

Qui fuit nathan

Qui fuit dauid

Qui fuit iesse

Qui fuit obed

Qui fuit booz

a Qui fuit salmon

Qui fuit naasson

Qui fuit aminadab

Qui fuit aram

Qui fuit esrom

R Qui fuit phares

Qui fuit iude

Qui fuit iacob

Qui fuit isaac

Qui fuit abrahe

Qui fuit thare

a Qui fuit nachor

Qui fuit seruch

Qui fuit ragau

Qui fuit falech

Qui fuit eber

R Qui fuit sale

Qui fuit cainan

Qui fuit arfaxat

Qui fuit sem

Qui fuit noe

Qui fuit lamech

a Qui fuit matusale

Qui fuit enoch

Qui fuit iared

Qui fuit malaleel

Qui fuit cainan

R Qui fuit enos

Qui fuit seth

Qui fuit adam

Qui fuit dei.

Iesus autem plenus

spu sancto regressus

est ab iordane.

LV
CAS
VIT

:INCIP. ARGUM. SEC. LUC:

LVCAS SY
RVS
ANTHI

ocensis arte medicus. discipu
lus aptorū. postea paulū se
cutus. usq. ad confessionē eius
seruiens dn̄o sine crimine.
Nam neq. uxorē umquā habens.
neq. filios. LXX. et IIII. annorū
obiit in bythinia plenus spū scō.
Qui cum iam scripta eēnt euan
gelia. p mattheum quidem
in iudea. p marcū aut̄ in ita
lia scō instigante spū in acha
iae partib. hoc descripsit e
uangeliū. significans etiam
ipse in principio suo ante alia
eē descripta. cui extra ea
quae ordo euangelicae dis
positionis exposcit. ea ma
xime necessitas laboris fuit.
ut primū grecis fidelib. omni
pphetatione uenturi in car
nē dī xpi manifestata huma
nitas. ne iudaicis fabulis ad
tenti in solo legis desiderio
tenerentur. ne uel hereticis
fabulis et stultis sollicitatio
nib. seducti excederent a
ueritate elaboraret. Itaq.
p quā necessariā statim in
principio sumpsit a iohannis
natiuitate quae ē initium
euangelii p̄missus dnī nr̄i ihū
xpi et fuit socius ad pfectio
nē plī. itē inductionis bap
tismi atq. passionis socius.
cuius pfecto dispositionis ex
emplum meminit malachi
hel ppheta unus de XII. de
inde ipse lucas scripsit actus
aptorū. post hunc iohannes
euangelista scripsit apocalypsin

ininsula pathmos. deinde
euangelium in asia.

EXPLICIT ARGUMENTUM
SECUNDUM LUCAM.
INCIPIUNT ELENCUS
EIUS DEM EUANGELII.

I Zacharias uiso angelo. quia
non credidit obmutuit. elisa
beth uxor ei concepit. maria
quoq. de spu sco cu concepis
set salutauit elisabeth. eli
sabeth salutata pphetauit
et peperit. et ut nom filii sui
iohs zacharias scripsit loqu
tus e. ac filium praecursurum
ante dnm pphetauit. postea
qua peperit maria ihm in
fante in psepio posuit. que
pastores iuxta angeloru in
dicia inueniunt. qui que
octaua die circumciditur.
II Symeon iustus xpm manib.
sumptu benedicit. anna
prophetissa uidua multa de xpo
pphetat. infra annoru xii. in teplo
cu doctorib. legis inuentus inpa
tris se ee oportere pronuntiat.
III Anno xv. tiberii caesaris pilato
curante iohs baptista penitentia
pdicat. et fortiore xpm uenturu
designat. quo baptizato colube
figura sps sup descendit. uox dei
de celo filium di indicat quem pu
tabant filium ioseph.
IIII Ductus in desertu ihs xl. dieb. ieiu
nauit. et a diabolo teptatus uicit.
reuersus in galileam docet sabbatis
in synagogam ingressus esaiae se
signare. ac nullu ppheta in patria
sua dicit acceptum. de qua eiectus
apud capharnaum homine a de
monio sabbatis liberat. et socrum
symonis a febribus. et multos male
habentes curat. et demonia se con
fitentia increpat. de naui allo
quitur. de qua pisces multos capi

facit · ubi et iacobum elegit · leprosum mundat · in deserto orat ·

V Paralyticum dimissum per tectum ihs a peccatis et ab infirmitate liberat · leui publicanum sequi iubet · apud quem murmurantib· pharisaeis caenans dic sanis n̄ ee opus medicum · et de ieiunio disputans parabolam panni et utrium ponit · spicas uellentib· discipulis panes ppositionis commemorat · hominem manum aridam habentem sabbatis curat · in oratione pnoctat · apostolos elegit · turbas alloquitur · beatitudinem aliorum · et aliorum infelicitatem pmittens · parabolam refferens de ducatu caeci · et magistri · et discipuli · et festucae in oculo · et trabis · et arboris boni fructus uel mali · et hominem qui domum sup petram uel sup harenam aedificauit ·

VI Centurionis puerum curat · uiduae filium resuscitat · iohs discipulos mittit ad ihm · et xps de iohanne loquitur · subnectens similitudinem puerorum in foro sedentium · mulier peccatrix lacrimis pedes xpi lauat et unguet · ppt quam parabola dr creditoris qui parum uel multum concedit · in itinere sequentib· se turbe et mulierib· quae curatae erant · similitudinem seminantis dicit cuius semen in bona terra uel petrosam cecidit · lucernam n̄ sub uas sed sup candelabrum poni · matrem et frs repudiat · nauigans post somnum tempestatem sedat · hominem a maledictione liberat ·

VII Iairi filiam dum ire ad resuscitare · mulierem a profluuio liberat · puellam uiuificat ·

VIIJ Mittens discipulos pdicare · data eis omni potestate · quibus

herode mirante reuersis. in
deserto .v. panib. et duob. pis
cib. .v. (milia) uirorū satiat. interro
gans que se dicerent turbae.
a petro xps declaratur. et
monet abnegari omnib. cru
cē tolle et se insequi. desig
nans ē illic qui mortē non
gustarent ante uisionē gl ei.
VIIII In monte adsūpto petro. iohe.
et iacobo. xps transfiguratur.
int moysen et heliam uisus.
ubi tria tabernacula petrus
debere fieri dic. et nube ob
umbrantur. ac uox caelestis
filiū declarat. puerū luna
ticū liberat. ac se tradi ha
bere pnuntiat. et cogitantes
discipulos quis eorū maior
eēt instruit. ac nō phibendū
qui in nomine suo uirtutē fa
ciat. a samaritanis non re
cipitur. et uolentes apostolos
ignē sup eos descendere incre
pat. sequi uolentes se nō habere
ubi caput reclinet p dic. alterum
tam ipse etiā patris morte int
missa ad sequendū eligit. et alio
uolenti suis primū renuntiari
aratoris figuram ponit retro
respicientis.
X Eligit lxx.ii. quos mittit ad p di
candū. ipse uero increpat ciuita
tes. et reuersos discipulos. exeo
dicit feliciores qd eorū nomina
in caelo eēnt scripta. ob quam rem
gratias agit patri qd bona sint par
uulis reuelata. et omnia sibi a pa
tre tradita manifestat. quem
neminē nisi filium nosse decla
rat. beatosq. oculos qui uide
rint id qd pphetis nō contigit.
a legis perito tēptatus. mandata
quae fieri pcepit dns parabolam
uulnerati. que leuita et sacerdo
te pteriunte samaritanus colligit.

apud marthã mariae partẽ
conlaudat·
XI Post orationẽ propriã docet o
rationẽ· et parabolã ponit
ei qui propt̃ tedium postulanti
panẽ· petendũ ẽẽ· querendũ·
et pulsandũ· exemplũ asse
rens· demonium eiciens in
principe demonioꝝ idem pha
risei opinantes destrux̃· bea
tosq· dic̃ qui audiunt uerbũ
et custodiunt· dans signũ io
ne· et reginę austri· et nine
uitas in iudicio dic̃ fore beatus·
et lucernã sup candelabrum
poni· et qđ oculus sit lucerna
corporis· apud phariseum
inuitatus lauandũ potius qđ
intus ẽ· elemosinis pnuntiat·
increpans multos phariseos
et legis doctores·
XII Phariseis uolentib· cũ eo con
tendere· discipulos pcauẽ do

cet· ut eorũ fallaciã caueant
et eũ timeant qui potest post mor
tẽ in gehennã mittere· et pluris
ẽẽ discipulos q̃ passerib· dipon
dio uẽdentib· et negantẽ se ne
gaturũ· et peccanti in spũ sc̃o non
remittendũ· et ñ cogitari dũ
quid adp̃hensus loquatur· pe
tenti respondit ñ ẽẽ se diuisorẽ
hereditatis· similitudinẽ eius
cui multa nata s̃· cuius anima
eadẽ nocte repeteretur· ac docet
exemplis ñ cogitandũ de crastino·
faciendaq· elemosinã omnibus
uenditis· et uigilandũ dic̃ petro
felicẽ ẽẽ bonũ dispensatorẽ· inde
dic̃ ignẽ mittere sup t̃rã ñ pacẽ·
turb̃ quoq· dic̃ qđ faciẽ cęli cog
noscerent tẽpora ñ intellege
rent· quos monet ut dũ in uia
ẽẽnt reconciliarentur aduer
sario· ne reclusi ñ exirent donec
nouissimũ quadrantẽ redderent·

XIII Cum ei nuntiatũ fuisset galileos oc
cisos. monet agendã pęnitentiã.
parabolã ficulneę subiungens.
quã dns infructuosã uellet exci
di. cultor statim postulauit. Cũ
mulierẽ annis. x. et. viii. curuã
erexisset. indignantẽ archisy
nagogum increpat. unde simili
tudinẽ granisinapis subiungit.
ex quo arbor maior holeribus
nascitur. et fermenti quod abscon
ditũ mulier in farina. et ut in
troeatur per angustũ ostium ne
cludatur. pharisaeis ei dicenti
b. quia herodes eũ uellet occide
re. dicẽ eũ uulpẽ. et prophetã
extra hierusalem nõ perire. et in
crepat hierusalem.
XIIII Sabbatis curat hydropicũ. dis cũ
bendi dat ordinẽ. inuitantem
ortatur pauperes pascere. simi
litudinẽ iungens hominis qui
excusantib. inuitatur. caecos.
claudos. debiles. uocauit. et turbas
deplacatis. ortatur omnẽ affectionẽ
propter relinquendã. parabolã ponens
turrẽ ędificare uolentis et regis.
XV Sal fatuũ eẽ nõ debere. murmuran
tib. phariseis de conuiuio pastorum.
dat similitudinẽ pastoris. pro uno con
ouẽ. xcviiii. relinquentis. et mulie
rẽ quę unã dragmã perditã inueniens
gaudet. sed et hominis qui duob. filiis
suis substantiã diuisit. ex quib. iunior
prodige egit. per quo uitulus occidit. de
dispensatore prodigo qui sapienter fecit.
et ideo exemplis ortatur operandum.
et deridentes eũ phariseos increpat.
legẽ et prophetas usq. ad iohm dicit. ac
moechari eũ ostendit qui sua dimissa
alterã accepit uxorẽ. et ab alio di
missam ducit.
XVI Parabolã de diuite et lazaro. et
ne e minimũ de credentib. scandali
zandũ. atq. omnia accepta fratri remit
tendã. et quod fides ut granum sinapis

transferat arborē mori . inma
re quoque seruitium debitū
exhibendum . decem leprosi
curantur . ex quib. unus reuer
sus ihm sequitur gratias agens
dō . intra nos eē regnum dī .
regnū aut̄ ipsum iuxta exem
plum noe uel loth subito uent
re . ac tunc adui adsumi et
adium relinqui . et ubi fuerit
corpus illic aquilae . similitu
dinē uiduae rogantis et iudi
cis iniqui . et duorū intēplo
orantium . et infantes non
prohibendos . similitudo di
uitis et cameli facilius per fo
ramen acus transituri . et
omīa hic relinquenda .
XVII Cum discipulis aduentura si
bi indicaret . caecū mendican
curantes ubique. F.

l. xc II m. cxliii m. lxii Audiuit autem herodes te
trarcha omnia quae fiebant
ab eo. et haesitabat eo quod
diceretur a quibusdam
quia iohis surrexit a mortuis.
A quibusdam uero. quia he
lias apparuit. Ab aliis autem.
quia propheta unus de an
tiquis surrexit. Et ait he
rodes. Iohannem ego de
collaui. quis autem est iste
de quo ego audio talia? et
quaerebat uidere eum.

L. xci. VIII M. lxi. Et reuersi apti. narrauerunt
illi. quecumq. fecerunt.
L. xcii. III I. cxlvi. I. xlviii. Et assumptis illis. secessit
seorsum in locum desertum
qui est bethsaidae.
Quod cum cognouissent turbe.
secutae sunt illum. Et
excepit illos. et loqueba
tur illis de regno di. Et
eos qui cura indigebant
sanabat.
L. xciii. I I. cxlviii. M. lxiiii. I. xlviii. Dies autem. coepit declinare.
Et Accedentes duodecim.
dixerunt illi. Dimitte
turbas. ut euntes in castel
la uillasq. quae circa
sunt deuertant. et inue
niant escas. quia hic in
loco deserto sumus. Ait
autem ad illos. Uos date il
lis manducare. At illi di
xerunt. Non sunt nobis
plus quam quinque panes.

et duo pisces. Nisi forte
nos eamus. et emamus in
omnem hanc turbam escas.
Erant autem fere uiri. quinq.
milia. Ait autem ad disci
pulos suos. Facite illos
discumbere per conuiuia
quinquagenos. Et ita
fecerunt. Et discumbu ... discumbere fecer omnes
erunt omnes. Acceptis autem
quinq. panibus et duob.
piscibus. respexit in ce
lum. et benedixit illis.
et fregit. et distribuit
discipulis suis. ut pone
rent ante turbas. Et
manducauerunt omnes.
et saturati sunt. Et
sublatum est quod super
fuit illis fragmentorum.
cophini duodecim.
L. xciiii. I M. clxvi. S. lxxxii. I. lxxiiii. Et factum est cum solus
esset orans. erant cum illo

et discipuli. Et interro
gauit illos dicens. Quem
me dicunt ee turbae?
At illi responderunt. et dixerunt.
Iohannem baptistam. Alii autem
heliam. alii quia propheta
unus de prioribus surrexit.
Dixit autem illis. Uos autem quem
me ee dicitis? Respon
dens simon petrus dixit.
Xpm di.
L. xcv. II M. clxviii. Mr. lxxxiii. At ille increpans. praecepit
ne cui dicerent. Hoc dicens
quia oportet filium homi
nis multa pati. et reproba
ri a senioribus. et princi
pibus sacerdotum. et scribis.
et occidi. et tertia die
resurgere.
·4· L. xcvi. II M. clxx. Mr. lxxxv. Dicebat autem ad omnes. Si quis
uult post me uenire. ab
neget semetipsum. et tol
lat crucem suam cotidie. et

sequatur me. Qui enim
uoluerit animam suam saluam
facere. perdet illam. Nam
qui perdiderit animam suam
propter me. saluam faciet illam.
Quid enim proficit homo si
lucretur uniuersum mundum.
se autem ipsum perdat. et detri
mentum sui faciat?
L. xcvii. II M. xciiii. Mr. lxxxvi. Nam qui me erubuerit
et meos sermones. hunc fi
lius hominis erubescet cum
uenerit in maiestate sua
et patris. et sanctorum angelorum.
L. xcviii. II M. clxxii. Mr. lxxxvii. Dico autem uobis. Uere sunt
aliqui hic stantes qui non
gustabunt mortem. donec
uideant regnum di. :F:
VIIII FACTUM EST AUTEM
post haec uerba fere dies
octo. et assumpsit petrum.
et iacobum. et iohannem. et ascen
dit in montem ut oraret.

Et factum est dum oraret.
species uultus eius altera.
et uestitus ei albus reful
gens. Et ecce duo uiri. lo
quebantur cũ illo. Erant
aut moyses et helias. uisi
in maiestate. Et dicebant
nt excessum eius. quem
cõpleturus erat in hieru
salem. Petrus uero. et
qui cum illo. grauati e
rant somno. Et euigilan
tes. uider̃ maiestatẽ eius.
et duos uiros qui stabant
cũ illo. Et factũ ẽ. cũ dis
cederent ab illo. ait petr
us ad ihm. Preceptor.
bonum est nos hic eẽ. et fa
ciamus tria tabernacula.
Unũ tibi. et unum moysi. &
unũ heliae. nesciens quid
diceret. Haec aut̃ illo lo
quente facta ẽ nubes. et
obumbrauit eos. Et timu
erunt intrantibus illis
in nubem. et uox facta ẽ.
de nube dicens. Hic est
filius mr̃ dilectus. ipsũ au
dite. Et dum fieret uox.
inuentus est ihs solus. Et
ipsi tacuerunt. et nemini
dixer̃ in illis dieb. quicquã
ex his quae uiderant.

L. xc viiii. M. clxxxiii. Mt. xci

Factũ ẽ. aut in sequenti
die. descendentib. illis de
monte. occurrit illi turba
multa. Et ecce uir de tur
ba. exclamauit dicens.
Magister. obsecro te. respice
in filiũ meũ quia unicus est
mihi. Et ecce spiritus ad
phendit illum. et subito
clamat et elidit et dissipat
eum cum spuma. et uix
discedit dilanians eum. Et
rogaui discipulos tuos ut ei

cerent illum. et non potu
erunt. Respondens autē
ihs dix. O generatio in
fidelis et peruersa. usq. quo
ero apud uos et patiar uos?
Adduc huc filium tuum.
Et cū accederet. elisit illū
demoniū. et dissipauit.
Et increpauit ihs spiritū in
mundū. et sanauit puerū.
L. c. V. th. lxxv. et reddidit illū patri eius.
Stupebant autem omnes.
F. in magnitudine dī.
L. ci. II. th. lxxvi. xciii. Omnib. q. mirantibus in om
nibus quae faciebat. dix
ad discipulos suos. Ponite
uos in cordib. uris. sermo
nes istos. Filius enim ho
minis futurū ē. ut trada
tur in manus hominum.
At illi ignorabant uerbum
istud. et erat uelatū ante
eos. ut non sentirent illud.

Et timebant eum interroga
re de hoc uerbo.
L. ciii. II. th. lxxviii. xcv. Intrauit autē cogitatio in
eos. quis eorū maior eēt.
At ihs. uidens cogitationes il
lorū. adprehendens puerū
statuit illū secus se. et ait
illis. Quicumq. susceperit pu
erū istū in nomine meo. me
recipit. Et quicumq. me re
ceperit. recipit eū qui me
misit. Nam qui minor ē.
inter omnes uos. hic maior est.
L. ciii. VIII. th. xcvii. Respondens autē iohs dixit.
Preceptor. uidim quendā
in nomine tuo eicientem de
monia. et prohibuimus eū.
quia non sequitur nobiscum.
Et ait ad illū ihs. Nolite pro
hibere. Qui enim non est ad
uersus uos. pro uobis est.
L. ciiii. X. Sol. Factum est autē dū comple :I:
rentur dies adsumptionis ei.

et ipse firmauit faciē suā
ut iret in hier̄lm. et misit
nuntios ante conspectū su
um. Et euntes intrauer̄
in ciuitatē samaritanorum
ut pararent illi. et n̄ rece
per̄ eū. quia facies ei erat
euntis hier̄lm. Cū uidisse
nt aut̄ discipuli ei iacobus
et ioh̄s dixerunt. Dn̄e.
uis dicimus ut ignis de cęlo
descendat. et consumat
illos. Et conuersus incre
pauit illos dicens. Nescitis
cuius sp̄s estis. Filius ho
minis n̄ uenit animas p̄de
re. sed saluare. Et abier̄
in aliud castellum. :F:
L. cx. V. lxviii. Factū ē aut̄ ambulantibus
illis in uia. dix quidā ad
illum. Sequar te. quocū
q; ieris. Et ait illi ih̄s. Uul
pes foueas habent. et uolu
cres caeli nidos. filius aut̄ ho
minis n̄ habet ubi caput re
clinet. Ait aut̄ ad alterū
sequere me. Ille aut̄ dix.
Dn̄e. p̄mitte me primum ire
sepelire patrem meum.
Dix q; ei ih̄s. Sine ut mor
tui sepeliant mortuos suos.
tu aūt uade adnuntia regnū dī
L. cxii. X Sol. Et ait alter. Sequar te dn̄e
Sed primū p̄mitte mihi re
nuntiare his qui domi sunt.
Ait ad illū ih̄s. Nemo mittens
manū suā in aratrum. et as
piciens retro. aptus ē regno dī.
L. cxiii. X Sol. POST HAEC AUTEM ſ x.
Designauit dn̄s et alios lxx .1.
duos. Et misit illos binos
ante faciem suā in omnē
ciuitatē et locū quo erat
ipse uenturus. et dicebat illis.
L. cxiiii. V. lxxviii. Messis quidem multa. ope
rarii aut̄ pauci. Rogate

ergo dominū messis · ut mit
tat operarios in messem ·
L·cviiii · V · Mt·lxxxvi · .:I:. Ite. Ecce ego mitto uos sic
agnos inter lupos ·
L·cx · II · Mt·lxxxii · Mr·liii · Nolite portare sacculū·neq.
peram·neq·calciamenta·
et neminē per uiā salutaueritis·
L·cxi · V · Mt·lxxxiiii · In quācūq·domū intraue
ritis·primū dicite·pax hu
ic domui· Et si ibi fuerit
filius pacis·requiescet sup
illū pax urā· Sin autē·ad
uos reuertetur·
L·cxii · II · Mt·lxxxiii · Mr·liii · In eadē autē domo manete
edentes et bibentes quae
apud illos sunt · Dignus·ē·
enī operarius mercede sua·
.:F:. L·cxiii · X · Sol · Nolite transire de domo in
domū· Et in quācūq·ciui
tatē intraueritis et susce
perint uos·manducate
quae apponuntur uobis·
Et curate infirmos qui in
illa sunt· et dicite illis· Adp
propinquauit in uos regnum dī·
L·cxiiii · II · Mt·lxxxv · Mr·lv · In quācūq·ciuitatē intra
ueritis et nō receperint uos,
exeuntes in plateas eī dicite·
Etiā puluerem qui adhaesit
nob de ciuitate urā · exter
gimus in uos · Tamē hoc scitote·
quia adpropinquauit reg
num dī · Dico uob · quia sodo
mis in die illa remissius erit,
quam illi ciuitati · .:F:.
L·cxv · V · Mt·cviii · Uae tibi corazain · uae tibi
bethsaida· Quia si in tyro
et sydone factae fuissent uir
tutes quae in uob factae sunt ·
olim in cilicio et cinere se
dentes paeniterent· Uerū
tamē tyro et sydoni remissius
erit in iudicio quam uobis·
Et tu capharnaum usq·ad caelū
exaltata · usque ad infer
num dimergeris·

Qui uos audit, me audit. Et qui
uos spernit, me spernit.
Qui autem me spernit, spernit
eum qui me misit.
Reuersi sunt autem lxx duo cum
gaudio dicentes: Domine etiam
demonia subiciuntur nobis
in nomine tuo. Et ait illis:
Uidebam satanan sicut fulgur
de celo cadentem. Ecce dedi
uobis potestatem calcandi supra
serpentes et scorpiones, et
supra omnem uirtutem inimici. Et
nihil uos nocebit. Uerumtamen
in hoc nolite gaudere quia
spiritus uobis subiciuntur.
Gaudete autem quod nomina uestra
scripta sunt in caelis.
In ipsa hora exultauit spiritu sancto
et dixit: Confiteor tibi pater
domine celi et terre, quod abscondisti
hec a sapientibus
et prudentibus et reuelasti
ea paruulis. Etiam pater,
quia sic placuit ante te.
Omnia mihi tradita sunt
a patre meo. Et nemo scit
qui sit filius nisi pater. Et
qui sit pater nisi filius, et cui
filius uoluerit reuelare.
Et conuersus ad discipulos
suos dixit: Beati oculi qui
uident quae uidetis. Dico
enim uobis, quod multi prophe-
te et reges uoluerunt uidere
quae uidetis et non uiderunt,
Et audire quae auditis
et non audierunt.
Et ecce quidam legis peritus
surrexit temptans illum et dicens:
Magister, quid faciendo ui-
tam aeternam possidebo?
At ille dixit ad eum: In lege
quid scriptum est? quomodo
legis? Ille respondens dixit:
Diliges dominum deum tuum ex toto

corde tuo. et ex tota ani
ma tua. et ex omnib. uiri
bus tuis. et ex omni mente
tua. et proximū tuū sicut
te ipsum. Dix q. illi. Recte
respondisti. hoc fac & uiues.
§. cxxii X Sol. Ille autē uolens iustificare
se ipsum. dix ad ihm. Et
quis est meus proximus?
Suspiciens autē ihs. dix. Ho
mo quidā descendebat ab hie
rusalem in hiericho. et in
cidit in latrones. Qui etiā
despoliauerunt eū. et pla
gis inpositis. abierunt semiui
uo relicto. Accidit autē
ut sacerdos quidā descen
deret eadem uia. et uiso il
lo pteriuit. Similit et le
uita cū eēt secus locū & ui
deret eū ptransiit. Sama
ritanus autē quidā iter faci
ens uenit secus eū. et uidens

eū. misericordia motus est. Et ad
propians. alligauit uulnera
ei infundens oleū et uinum.
et inponens in iumentū suum. illū
duxit in stabulū. et curam ei
egit. Et altera die protulit
duos denarios. et dedit sta
bulario. et ait. Curā illius
habe. Et quodcūq. sup ero
gaueris. ego cum rediero
reddam tibi. Quis horum
trium uidetur tibi proximus
fuisse illi qui incidit in la
trones? At ille dix. Qui
fecit misericordiam in illum.
Et ait illi ihs. Uade et tu
fac similiter. Factū ē autē F
dum irent. et ipse In
trauit in quoddā castellū.
Et mulier quaedā martha
nomine. excepit illum in
domum suā. Et huic erat
soror nomine maria. que

et hec sedens secus pedes dñi .
audiebat uerbum illius ·
Martha autē satagebat cir
ca frequens ministerium ·
Quae stetit . et ait · Dñe . ñ
est tibi curae quod soror
mea reliquid me solam .
ministrare ? Dic ergo
illi . ut me adiuuet . Et
respondens . dix illi dñs ·
Martha . martha . sollicita
es . et turbaris erga plu
rima · Porro . unum ē .
necessarium · Maria
optimā partem elegit .
·F· quae non auferetur ab ea ·
C. cxxiii · V · di. xliii · ET FACTUM EST
cum eēt in loco quodā orans .
ut cessauit . dix unus ex
discipulis eius ad eum . ·
Dñe . doce nos orare sicut
et iohs docuit discipulos
suos · Et ait illis · Cū oratis .

dicite · Pat̄ scificetur
nom̄ tuū · Adueniat reg
nū tuū · panē nr̄m cotidi TONEΠIOYCION
anū da nobis cotidie · Et di
mitte nobis peccata nr̄a .
siquidem et ipsi dimittim̄
omni debenti nobis · Et ne
nos inducas in temptationē ·
C. cxxiiii · X · Sol. · Et ait ad illos · Quis uestrum :I:
habebit amicū . et ibit ad
illū media nocte . et dicet
illi · Amice . cōmoda
mihi tres panes . qm̄ ami
cus meus uenit de uia ad me .
et non habeo quod ponam
ante illum · Et ille de
intus respondens . dicat ·
Noli mihi molestus esse .
iam ostium clausum est
et pueri mei mecum sunt
in cubili . non possum sur
gere et dare tibi · Et ille
si perseuerauerit pulsans ·

dico uobis. Et si non dabit
illi surgens eo quod amicus ei
sit. propter inprobitatem
tamen ei surget et dabit illi
quotquot habet necessarios.
§. cxxv V ꝑ. liii Et ego uobis dico. Petite et
dabitur uobis. Quaerite
et inuenietis. Pulsate et
aperietur uobis. Omnis
enim qui petit accipit. et
qui quaerit inuenit. et pul
santi aperietur. Quis autem
ex uobis patrem petet pa
nem. numquid lapidem dabit
illi. Aut piscem. numquid
pro pisce serpentem dabit illi.
Aut si petierit ouum. num
quid porriget ei scorpionem.
Si ergo uos cum sitis mali nos
tis bona data dare filiis
uestris. quanto magis pater uester
de caelo dabit spiritum bonum
petentibus se. ·:F:

§. cxxvi V ꝑ. cxviiii Et Erat eiciens demoni
um. et illud erat mutum. ·:l:·
Et cum eiecisset daemonium
loquutus est mutus. et ad
miratae sunt turbae.
§. cxxvii II ꝑ. cxxi ꝑ. xxxii Quidam autem ex eis dixerunt.
In beelzebub principe dae
moniorum eicit daemonia.
§. cxxviii V ꝑ. cxxvii Et alii temptantes. signum de
caelo quaerebant ab eo.
§. cxxviiii II ꝑ. cxxii ꝑ. xxxiii Ipse autem ut uidit cogitatio
nes eorum. dixit eis. Omne
regnum in se ipsum diuisum.
desolatur. Et domus supra
domum cadet. Si autem satanas
in se ipsum diuisus est. quo
modo stabit regnum ipsius.
Quia dicitis in beelzebub ei
cere me daemonia. Si autem
ego in beelzebub eicio dae
monia. filii uestri in quo eici
unt. Ideo ipsi iudices uestri
erunt. Porro si in digito di

eicio demonia . profecto
praeuenit in uos regnū dī ·
Cum fortis armatus custodit
atrium suum . in pace sunt
ea quae possidet · Si autē
fortior illo sup ueniens
uicerit eum . uniuersa
arma eius aufert in quib;
confidebat . et spolia eius
distribuet · Qui non est me
cum . aduersum me est ·
Et qui non colligit mecum .
dispergit ·

L·cxxx V T·cxxviii

Cum inmundus spiritus exi
erit de homine . pambulat
p loca inaquosa . quaerens
requiem . et non inueniens .
dicit · Reuertar in domū
meam . unde exiui · Et cū
uenerit . inuenit scopis
mundatā · Et tunc uadit
et assumit septem alios
spiritus nequiores se · et
ingressi habitant ibi · Et
sunt nouissima hominis il
lius . peiora prioribus ·

L·cxxxi X Sol

Factum est autē cum haec
diceret . extollens uocem
quaedā mulier de turba .
dixit illi · Beatus uent
qui te portauit . et ubera
quae suxisti · At ille dix ·
Quinimmo . beati qui au ·: immo uero
diunt uerbum dī · et
custodiunt illud ·:f:·

L·cxxxii V T·cxxviii

Turbis autē concurrentib;
coepit dicere · Genera
tio haec . generatio nequā ē ·
Signū quaerit . et signum
non dabitur illi . nisi signū
ionae · Nam sicut ionas
fuit nineuitis . ita erit et
filius hominis generatio
ni isti · Regina austri
surget in iudicio cum ui
ris generationis huius et

condemnabit illos. quia
uenit a finibus terrae. au
dire sapientiam salomonis
Et ecce plus salomone hic.
Uiri nineuitae surgent in
iudicio cum generatione
hac. et condemnabunt
illam. quia paenitentiam
egerunt ad praedicationem
ionae. Et ecce plus
quam iona hic.
L· cxxxiii· II Mt· xxxi· Mr· xxxviii· Nemo lucernam accendit et
in absconso ponit. neque sub
modio sed super candela
brum. ut qui ingrediun
tur lumen uideant.
L· cxxxiiii· V Mt· xlvii· Lucerna corporis tui. est
oculus tuus. Si oculus tuus
fuerit simplex. totum cor
pus tuum lucidum erit. Si
autem nequam fuerit. etiam
corpus tuum tenebrosum erit.
Uide ergo ne lumen quod in te
est. tenebrae sint. Si ergo
corpus tuum totum lucidum
fuerit non habens aliquam
partem tenebrarum. erit lu
cidum totum. Et sicut lu
cerna fulgoris. inlumina
bit te. ·:F·
L· cxxxv· V Mt· ccxxxvi· Et cum loqueretur.
Rogauit illum quidam phari
saeus ut pranderet apud se.
Et ingressus recubuit. Pha
risaeus autem coepit intra se
reputans dicere. quare
non baptizatus esset ante
prandium. Et ait dominus ad
illum. Nunc uos pharisaei
quod de foris est calicis et
catini mundatis. Quod autem
intus est uestrum. plenum est
rapina et iniquitate.
Stulti. nonne qui fecit quod
de foris est. etiam id quod
de intus est fecit? Uerum

tamen quod superest. date
elemosinam. et ecce omnia
munda sunt uobis.

cxxxvi. V ccxxxiii Sed uae uobis pharisaeis.
quia decimatis mentam et
rutam. et omne holus.
et praeteritis iudicium et
caritatem dei. Haec autem
oportuit facere. et illa
non omittere.

cxxxvii. II ccxxxiiii cxxxv Vae uobis pharisaeis. quia
diligitis primas cathedras
in synagogis. et salutati
ones in foro.

cxxxviii. V ccxxxvii Vae uobis quia estis ut mo
numenta quae non appa
rent. et homines ambu
lantes supra nesciunt.

cxxxviiii V ccxxxviii Respondens autem quidam
ex legis peritis. ait illi.
Magister. haec dicens. etiam
contumeliam nobis facis.
At ille ait. Et uobis legis
peritis uae. quia onera
tis homines oneribus quae
portari non possunt. et
uno ipsi digito uestro non
tangitis sarcinas. :F: :I:

cxl V ccxxxviiii Vae uobis qui aedificatis
monumenta prophetarum. Dicebat ihs turbis pharisaeis et principibus iudeorum
patres autem uestri occiderunt
illos. Profecto testifica
mini. quod consentitis o
peribus patrum uestrorum. Quoniam
quidem ipsi eos occiderunt.
uos autem aedificatis
eorum sepulchra.

cxli. V ccxl. Propterea et sapientia
dei dixit. Mittam ad
illos prophetas et apostolos.
et ex illis occident. et per
sequentur. ut inquira
tur sanguis omnium pro
phetarum qui effusus est
a constitutione mundi.
a generatione ista.

A sanguine abel. usq; ad
sanguinē zachariae qui
periit inter altare et
aedem · Ita dico uobis ·
Requiretur ab hac gene
ratione ista ·

L. cxlii. V Ŧ. ccxxx. Vae uobis legis peritis. quia
tulistis clauē scientiae ·
Ipsi non introistis. et eos qui
introibant prohibuistis ·

L. cxliii. X sol. CUM HAEC AD ILLOS [T]xii
diceret · coeperunt phari
saei et legis periti grauit
insistere · et os eius oppri
mere de multis insidian
tes ei · quaerentes capere
aliquid ex ore eius ut accu
sarent eum · Multis aut
turbis circūstantibus. ita
ut se inuicem conculcarent ·
coepit dicere ad discipu
los suos ·

KAI ENIC TO MA TIZEIN

L. cxliiii. II Ŧ. clxiiii Ō. lxxviiii. Adtendite a fermento phari
saeorum · qđ ē· hypocrisis ·
L. cxlv. V Ŧ. xciii. Nihil aut̄ opertum est quod
non reueletur. neq; abscon
ditum quod non sciatur ·
Q̄m quae in tenebris dixistis.
in lumine dicentur · Et
quod in aurem loquuti estis
in cubiculis. p̄dicabitur
in tectis · Dico aut̄ uobis a
micis meis. ne terreamini
ab his qui occidunt corpus.
et post haec non habent am
plius quod faciant · Osten
dam aut̄ uob. quē timeatis ·
Timete eum · qui postquam
occiderit. habet potestatē
mittere in gehennam ·
Ita dico uobis. hunc timete ·
Nonne quinq; passeres uene
unt dipondio · et unus ex il
lis non est in obliuione corā dō ·
Sed et capilli capitis uri · omis
numerati sunt · Nolite

ergo timere · multis pas
seribus pluris estis · Dico
autem uobis · Omnis quicumque
confessus fuerit me co
ram hominibus · et filius ho
minis confitebitur in illo
coram angelis dei ·

L·cxlvii· II Ioh·xciiii· Mt·Lxxxvi· Qui autem negauerit me coram
hominibus · denegabitur
coram angelis dei · :F:

L·cxlvii· II Ioh·cxxiii· Mt·xxxiii Et omnis qui dicit uerbum in fi
lium hominis · remittetur
illi · Ei autem qui in spiritum sanctum
blasphemauerit · non
remittetur ·

L·cxlviii· II Ioh·Lxxxviii Mt·cxli· Cum autem inducent uos in sy
nagogas · et ad magistra
tus · et potestates · nolite
solliciti esse quomodo · aut
quid respondeatis · aut
quid dicatis · Spiritus enim sanctus
docebit uos in ipsa hora ·
quae oporteat dicere ·

L·cxlviiii· X sol Ait autem ei de turba quidam · :L:
Magister · dic fratri meo
ut diuidat mecum hereditatem ·
At ille · dixit ei · Homo · quis
me constituit iudicem aut
diuisorem super uos · Dixitque
ad illos · Uidete et ca
uete ab omni auaritia ·
Quia non in abundantia
cuiusquam uita eius est ·
ex his quae possidet · Dixit
autem similitudinem ad illos
dicens · Hominis cuius
dam diuitis uberes fruc
tus ager attulit · et cogi
tabat intra se dicens · Quid
faciam quod non habeo quo
congregem fructus meos ·
Et dixit · Hoc faciam · Des
truam horrea mea et ma
iora faciam · et illuc con
gregabo omnia quae nata
sunt mihi · et bona mea ·

Et dicam animae meae.
Anima. habes multa bona
posita in annos plurimos.
requiesce. comede. bi
be. aepulare. Dix autē
illi ds. Stulte. hac nocte
animam tuā repetunt
a te. quae autē parasti. cu
ius erunt. Sic est qui sibi
thesaurizat. et non ē.
in dm̄ diues. ·:F·:
·:I:· q. cl. V m. xlviiii Dixitq. ad discipulos suos.
Ideo dico uobis. Nolite sol
liciti eē animae quid man
ducetis. neq. corpori qd
uestiamini. Anima plus
est quā esca. et corpus
quā uestimentum. Con
siderate coruos. quia n̄
seminant. neq. metunt.
quib. n̄ ē. cellarium. neq.
horreum. et ds pascit il
·:F·: los. Quanto magis uos
plurs estis illis. Quis autē
urm̄ cogitando potest adi
cere ad staturā suā cubitū
unum. Si ergo neq. qd
minimū ē. potestis. quid
de ceteris solliciti estis.
Considerate lilia. quomodo
crescunt. n̄ laborant. n̄ ·II
nent. Dico autem uobis
Nec salomon in omni gloria
sua uestiebatur sicut ·II
unum ex istis. Si autē fenū
quod hodie in agro est et
cras in clibanum mittitur
ds sic uestit. quanto magis
uos pusillae fidei. Et uos ·II
nolite quaerere quid man ῃετεωρι
ducetis. aut quid bibatis ζεςτει
et nolite in sublime tolli.
Haec enim omā gentes mun
di quaerunt. Pat autē ur
scit. qm̄ his indigetis.
Verūtam quaerite regnū di.

.:F:.
et haec omnia adicientur uobis·
L. cli. X Sol Nolite timere pusillus grex.
quia conplacuit patri uestro
dare uobis regnum.
L. clii. II Mt. cxciiii Mr. cvii. Vendite que possidetis. et
date elemosinam.
L. cliii. V Mt. xlvi. Facite uobis sacculos qui non
ueterescunt. thesaurum
non deficientem in caelis.
quo fur non adpropiat.
neque tinea corrumpit.
Ubi enim est thesaurus uester.
ibi et cor uestrum erit.
L. cliiii. X Sol .:I:. Sint lumbi uestri praecincti. et
lucerne ardentes. Et
uos similes hominibus ex
spectantibus dominum suum
quando reuertatur a nup
tiis. Ut cum uenerit et
pulsauerit. confestim
aperiant ei.
L. clv. V Mt. cclxvi Beati serui illi. quos cum
uenerit dominus. inue
nerit uigilantes. Amen
dico uobis. Quod prae
cinget se et faciet illos
discumbere. et transiens
ministrabit illis. Et si ue
nerit in secunda uigilia.
et si in tertia uigilia uene
rit et ita inuenerit. be
ati sunt serui illi.
L. clvi. II Mt. cclxiiii. Mr. clv. Hoc autem scitote. quia si
sciret pater familias qua
hora fur ueniret. uigila
ret utique. et non sineret
perfodiri domum suam.
Et uos estote parati. quia
qua hora non putatis fili
us hominis ueniet. .:F:.
L. clvii. V Mt. cclxv Ait autem ei petrus. Domine.
ad nos dicis hanc parabo
lam. an et ad omnes?
Dixit autem dominus. Quis putas
est fidelis dispensator
et prudens. quem consti

tuit dominus sup(er) familiã su
am. ut det illis in tempore
tritici mensuram. Beatus
ille seruus quē cũ uenerit do
minus eius. inueniet ita faci
entē. Uere dico uobis quia
supra omnia quae possidet.
constituet illum.
ξ. clviii. V cclxvii Quod si dixerit seruus ille in
corde suo moram facit domin(us)
meus uenire. et coeperit
percutere pueros et ancillas.
et edere. et bibere. et in
ebriari. Ueniet dominus
serui illius in die qua non
sperat. et hora qua nescit.
et diuidet eũ. partemq. eius
cum infidelibus ponet.
ξ. clviiii. X Sol Ille autē seruus qui cognouit
uoluntatē domini sui et nõ
pparauit. et nõ fecit sedm
uoluntatē ei(us). uapulabit
multas. Qui autē nõ cognouit
uit et fecit digna plagis. ua
pulabit paucis. Omni autē
cui multũ datũ ē. multum
quaeretur ab eo. Et cui
commendauerunt multũ.
plus petent ab eo.
ξ. clx. V xcv Ignem ueni mittere in terrã.
et quid uolo nisi accendatur.
Baptisma autē habeo baptizari.
et quomodo coartor usq.
dum pficiatur. Putatis
quia pacem ueni dare in terrã.
Non. Dico uobis. separationē. sed
Erunt enim ex hoc quinque
in domo diuisi. tres in duo. unce
et duo in tres diuidentur.
Pater in filium. et filius in pa
trē suum. Mater in filiam.
et filia in matrē. Socrus
in nurũ suã. et nurus in
socrum suam.
ξ. clxi. V clxii Dicebat autē et ad turbas.
Cum uideritis nubem ori

entem ad occasu. statim di
citis nymbus uenit. et ita
fit. Et cū austrū flantē.
dicitis quia aestus erit. &
fit. Hypocritae. faciem
caeli et terrae nostis pbare.
hoc aūt tēpus quomodo n̄
probatis? Quid autē et
a uobis ipsis non iudicatis
quod iustum est?
ξ.clxiii V th.xxxvi Cum aūt uadis cū aduer
sario tuo ad principē in
uia. da operā liberari ab
illo. Ne forte trahat te
apud iudicem. et iudex
tradat te exactori. et ex
actor mittat te in carce
rem. Dico tibi. Non exi
es inde. donec etiam no
XIII nouissimum minutū reddas.
ξ.clxiiii X Sol ADERANT AUTEM
quidam in ipso tempore
nuntiantes illi de galileis.

quorū sanguinem pilatus
miscuit cum sacrificiis
eorū. Et respondens. dix̄
illis. Putatis quod hi ga
lilei p̄ omnibus galileis
fuer̄ peccatores. quia ta
lia passi sunt? Non. Dico
uobis. Sed nisi penite
tiā habueritis. omīs simi
lit̄ peribitis. Sicut illi de
cem et octo supra quos ce
cidit turris in siloam. et
occidit eos. Putatis quia
et ipsi debitores fuerunt
p̄t omīs homines habitan
tes in hierusalem? Non.
dico uobis. Sed si non pe
nitentiā egeritis. omnes
similiter peribitis.
ξ.clxiiii X Sol. Dicebat aūt hanc similitu .:l:.
dinem. Arborem fici ha
bebat quidam plantatam
in uinea sua. et uenit quae

rens fructū in illa. et non
inuenit. Dix aut ad cul
torem uineae. Ecce anni
tres sunt. ex quo uenio
quaerens fructū in ficul
nea hac. et non inuenio.
Succide ergo illā. Ut quid
etiā terrā occupat? At
ille respondens. dix illi.
Domine. dimitte illā et
hoc anno usq; dum fodeā
circa illā. et mittā ster
cora. Et si quidē fecerit
fructū. Sin aut. in futu
·I:· rum succides eam. Erat
aut docens in synagoga
eorū sabbatis. Et ecce
mulier quae habebat
spiritū infirmitatis annis
decē et octo. et erat inclinata.
nec omnino pote
rat sursū respicere.
Quā cū uideret ihs. uoca

uit eā ad se. et ait illi. Mulier.
dimissa es ab infirmita
te tua. Et inposuit illi ma
nus. et confestim erecta ē.
et glorificabat dm̄.
§ clxv. V. Ā cxvi. Respondens aut archisy
nagogus indignans quia
sabbato curasset ihs. dice
bat turbae. Sex dies sunt.
in quibus oportet operari.
In his ergo uenite et cura
mini. et non die sabbati.
Respondit aut ad illū dns.
et dix. Hypocritae.
unus quisq; urm̄ sabbato
non soluit bouē suū. aut
asinū a praesepio. et ducit
adaquare? Hanc aut
filiam abrahae. quā alliga
uit satanas. ecce decē et
octo annis. non oportuit solui
a uinculo isto die sabbati?
§ clxvi. X sol. Et cum haec diceret. eru

bescebant omnes aduersarii
eius. Et omnis populus gau
debat in uniuersis quae
gloriose fiebant ab eo.
clxvii II cxxxvii xliiii Dicebat ergo. Cui simile est
regnum dei. et cui simile
esse existimabo illud? Simi
le est grano sinapis. quod
acceptum homo misit in hortum
suum. Et creuit. et factum est
in arborem magnam. et uolu
cres caeli requieuerunt
in ramis eius.
clxviii V cxxxviii Et iterum dixit. Cui simile esti
mabo regnum dei? Simile
est fermento quod acceptum mu
lier abscondit in farinae
sata tria. donec fermenta
retur totum.
clxviiii II lxxvi lii Et ibat per ciuitates et
castella docens. et iter fa
ciens in hierusalem.
clxx V lv Ait autem illi quidam. Domine.
si pauci sunt qui saluantur.
Ipse autem dixit ad illos. Conten
dite intrare per angustam
portam. quia multi dico
uobis quaerent intrare.
et non poterunt.
clxxi V lx Cum autem intrauerit pater
familias et clauserit ostium.
et incipietis foris stare
et pulsare ostium dicentes.
Domine aperi nobis. Et respon
dens. dicet uobis. Nescio
uos unde sitis. Tunc incipi
etis dicere. Manduca
uimus coram te et bibimus.
et in plateis nostris docuisti.
Et dicet uobis. Nescio uos un
de sitis. Discedite a me
omnes operarii iniquitatis.
Ibi erit fletus et stridor
dentium.
clxxii V lxv Cum uideritis abraham.
et isaac. et iacob. et omnes

prophetas in regno dī. uos autem
expelli foras. Et uenient
ab oriente. et occidente.
et aquilone. et austro. et
accumbent in regno dī. :F:
E.clxxiii. II m.cxcviii. a.cxi. Et ecce sunt nouissimi qui e
rant primi. et sunt primi
qui erant nouissimi.
E.clxxiiii X Sol In ipsa die accesserunt quidā
pharisaeorū. dicentes illi.
Exi et uade hinc. quia hero
des uult te occidere. Et
ait illis. Ite. et dicite uul
pi illi. Ecce eicio demonia.
et sanitates pficio hodie
et cras. et tertia consumor.
Uerūtamē oportet me ho
die. et cras. et sequenti am
bulare. quia non capit p
phetam perire extra hie
rusalem.
E.clxxv V m.ccxli. Hierusalem hierusalem. quae occidis
prophetas. et lapidas eos
qui mittuntur ad te. Quo
tiens uolui congregare fi
lios tuos quemadmodū auis
nidum suū sub pennis. et
noluisti. Ecce relinquetur
uob domus urā. Dico autem
uobis. Quia non uidebitis me
donec ueniat cum dicetis.
Benedictus qui uenit in nom dnī.
E.clxxvi. X Sol ET FACTUM EST XIIII
Cum intraret in domū cuius :I:
dam principis pharisaeorū
sabbato manducare panem.
et ipsi obseruabant eum. Et
ecce homo quidam hydropi
cus erat ante illum.
E.clxxvii. II m.cxv a.xxv Et respondens ihs. dixit
ad legis peritos et pharisaeos
dicens. Si licet sabbato curare.
At illi tacuerunt. Ipse uero adprē
hensum. sanauit eū ac dimisit.
Et respondens ad illos. dixit.
Cuius uestrum asinus aut bos in pu

teum cadet. et non continu
o extrahet illum die sab
bati. Et non poterant
adhaec respondere illi.
D icebat aut et ad inuitatos ·:I:·
parabolā. intendens quomo
primos accubitos eligere
nt. dicens ad illos. Cū in
uitatus fueris ad nuptias.
non discumbas in primo lo
co. Ne forte honoratior
te sit inuitatus ab eo. et
ueniens is qui te et illū uo
cauit dicat tibi. Da huic
locum. Et tunc incipias
cum rubore. nouissimum
locū tenere. Sed cum uo
catus fueris. uade recube
in nouissimo loco. Ut cū
uenerit qui te inuitauit.
dicat tibi. Amice. ascende
superius. Tunc erit tibi
gloria. coram simul
discumbentibus.
Q uia omnis qui se exaltat.
humiliabitur. Et qui se
humiliat. exaltabitur. ·:F:·
D icebat aut et ei. qui se ·:I:·
inuitauerat. Cum facis
prandium aut cenā. noli
uocare amicos tuos. neq.
frs tuos. neq. cognatos.
neq. uicinos diuites. Ne
forte et ipsi re inuitent.
et fiat tibi retributio. Sed
cū facis conuiuium. uoca
pauperes. debiles. claudos.
caecos. et beatus eris. quia
non habent retribuere
tibi. Retribuetur enim
tibi in resurrectione iusto
rum. Haec cū audisset
quidā de simul discumben
tibus. dixit illi. Beatus
qui manducabit panem
in regno dī. ·:F:·

ɛ·clxxxi· V ā·ccxxi ·I· At ipse dixit ei· Homo qui
dam fecit caenam magnam.
et uocauit multos· Et mi
sit seruum suum hora caenae
dicere inuitatis ut uenire
nt.· quia iam parata sunt omnia
Et coeperunt omnes simul excu
sare· Primus dixit ei·
Villam emi. et necesse ha
beo exire et uidere illam.
rogo te habe me excusatum·
Et alter dixit· Iuga boum
emi quinque· et eo probare
illa. rogo te habe me excu
satum· Et alius dixit·
Vxorem duxi. et ideo non
possum uenire· Et re
uersus seruus. nuntiauit
haec domino suo· Tunc
iratus pater familias· dixit
seruo suo· Exi cito in pla
teas et uicos ciuitatis. et
pauperes ac debiles. et
caecos et claudos. introduc
huc· Et ait seruus· Domine.
factum est ut imperasti. et
adhuc locus est· Et ait domi
nus seruo· Exi in uias et sae
pes. et conpelle intrare. ut
impleatur domus mea· Dico
autem uobis· Quod nemo ui
rorum illorum qui uocati sunt.
gustabit caenam meam· ·F·
ɛ·clxxxii V ā·xcvi Ibant autem turbae multae
cum eo. et conuersus dixit
·I· ad illos· Si quis uenit ad
me et non odit patrem suum
et matrem. et uxorem. et filios.
et fratres et sorores· adhuc autem
et animam suam. non potest
meus esse discipulus· Et qui
non baiulat crucem suam
et uenit post me. non po
test meus esse discipulus·
ɛ·clxxxiii X sol Quis enim ex uobis uolens
turrem aedificare. non

prius sedens computat sump
tus qui necessarii sunt. si
habet ad perficiendum.
Ne postea quam posuerit fun
damentum et non potuerit perfice
re. omnes qui vident incipiant
inludere ei dicentes. Quia
hic homo coepit aedifica
re. et non potuit consum
mare. Aut quis rex itu
rus committere bellum ad
versus alium regem. non
sedens prius cogitat si
possit cum decem milibus
occurrere ei qui cum vi
ginti milibus venit ad se.
Alioquin adhuc illo longe
agente legationem mittens
rogat ea quae pacis sunt.
L. clxxxiiii V A. xcvi. Sic ergo omnis ex vobis qui
non renuntiat omnibus
quae possidet. non potest
F. meus esse discipulus.

L. clxxxv II A. xxxi. A. cii. BONUM EST SAL. XV
Si autem sal quoque evanuerit.
in quo condietur? Neque
in terram. neque in sterquili
nium utile est. sed foras
mittetur. Qui habet aures
in illo tempore audiendi audiat. F.
L. clxxxvi II A. lxxii A. xxii. Erant autem appropinquan I.
tes ei publicani et pecca ad ihm
tores ut audirent illum.
Et murmurabant pharisaei.
et scribae dicentes. Quia
hic peccatores recipit et
manducat cum illis.
L. clxxxvii V A. clxxxii Et ait ad illos parabolam
istam dicens. Quis ex vobis
homo qui habet centum
oves. Et si perdiderit
unam ex illis. nonne di
mittit. xc. viiii. in deser
to. et vadit ad illam
quae perierat donec
inveniat illam. Et

cum inuenerit eã. inponit
in humeros suos gaudens.
Et ueniens domũ. conuocat
amicos et uicinos. dicens illis.
Congratulamini mihi. quia
inueni ouẽ meã quae perierat.
Dico uobis. Quod ita
gaudium erit in caelo. sup
uno peccatore paenitentiã
agente. quã sup. xc viiii.
iustis. qui non indigent
paenitentia.
A ut quae mulier habens
dragmas decem. si pdiderit
dragmam unam. non
ne accendit lucernam
et euertit domum. et
quaerit diligent donec
inueniat. Et cũ inuenerit.
conuocat amicas
et uicinas dicens. Congratulamini
mihi. quia
inueni dragmam quam
perdideram.
Ita dico uob. gaudium erit
coram angelis dĩ. sup uno
peccatore paenitentiam
agente.
At aut. Homo quidã
habuit duos filios. et dixit
adulescentior ex illis patri.
Pat. da mihi portionem substantiae
quae me contingit.
Et diuisit illis substantiam.
Et non post multos dies congregatis
omnib. adulescentior
filius. peregre profectus
ẽ. in regionẽ longinquã.
et ibi dissipauit substantiã
suã uiuendo luxuriose.
Et postquã omnia consumasset.
facta ẽ. fames ualida in
regione illa. et ipse coepit
egere. Et abiit. et adhesit
uni ciuium regionis illius.
et misit illum in uillã suã.

ut pasceret porcos· Et cu
piebat implere uentrem
suū de siliquis quas porci
manducabant . et nemo illi
dabat· In se autē reuer
sus. dix̄· Quanti mercen
narii patris mei abundant
panibus· ego autē hic fame
pereo· Surgam et ibo ad
patrē meū . et dicam illi·
P atr̄ peccaui in caelū . et corā
te. Et iam non sum dignus
uocari filius tuus. fac me sicͭ
unū de mercennariis tuis·
∴ Et surgens. uenit ad patrē suū
C ū autē adhuc longe eēt. uidit
illū patr̄ ipsius. et misericordia
motus est· Et accurrens.
cecidit sup collū ei̅. et oscu
latus est eum· Dixitq. ei
filius· Patr̄ peccaui in cae
lum et coram te. iam non
sum dignus uocari filius tu
us· Dix̄ autē patr̄ ad seruos
suos· Cito proferte
stolā primā . et induite
illum. et date anulum in
manu eius. et calciamenta
in pedes· Et adducite
uitulū saginatū . et occidite.
et manducemus. et epule
mur· Quia hic filius mr̄
mortuus erat et reuixit.
perierat et inuentus est·
E t coeper̄ aepulari· Erat
autē filius ei̅ senior in agro·
E t cū ueniret et adpropin
quaret domui . audiuit
symphoniam et chorum.
E t uocauit unū de seruis.
et interrogauit quae haec
eēnt· Is que. dixit illi·
F rat tuus uenit. et occidit
patr̄ tuus uitulū saginatū.
quia saluum illū recepit·
I ndignatus est autē. et no
lebat introire· Patr̄ ergo

illius egressus. coepit
rogare illum. At ille
respondens. dixit patri
suo. Ecce tot annis ser
uio tibi. et nūquā man
datū tuū p̄teriui. et num
quā dedisti mihi hedum.
ut cum amicis meis epu
larer. Sed postquam
filius tuus hic qui deuora
uit substantiā suā cū me
retricib. uenit. occidisti
illi uitulū saginatum. At
ipse dixit illi. Fili. tu semp
mecū es. et omnia mea tua s̄.
Epulari aūt et gaudere
oportebat. quia frat̄ tuus
hic mortuus erat. et re
uixit. Perierat. et in
·:F:· uentus est. Dicebat
aūt et ad discipulos suos.
·:I:· Homo quidā erat diues. qui
habebat uilicum. et hic
diffamatus est apud illū.
quasi dissipasset bona ip
sius. Et uocauit illū. et
ait illi. Quid hoc audio de te?
Redde rationē uilicationis
tuae. iam enim non poteris
uilicare. Ait autē uilicus
intra se. Quid faciam. quia
dominus meus aufert a me
uilicationem? Fodere
non ualeo. mendicare e
rubesco. Scio quid faciam.
Ut cū amotus fuero a uilica
tione. recipiant me in do
mos suas. Conuocatis
itaq. singulis debitoribus
domini sui. dicebat primo.
Quantū debes domino meo?
At ille dix. Centum cados
olei. Dixitq. illi. Accipe
cautionē tuā. et sede cito.
scribe quinquaginta.
Deinde alio dixit. Tu uero

quantũ debes? Qui ait·
Centum coros tritici· Ait
illi· Accipe litteras tuas.
et scribe octoginta· Et
laudauit dominus uilicũ
iniquitatis. quia pruden
ter fecisset; Quia filii hu
ius saecli. prudentiores filii
is lucis in generatione sua
sunt; Et ego uobis dico;
Facite uob amicos de mam
mona iniquitatis; Ut cũ
defeceritis. recipiant
uos in aeterna taberna
:F: cula: Qui fidelis est in
minimo. et in maiore fi
delis est· Et qui in modi
co iniquus est. et in maio
re iniquus est· Si ergo
in iniquo mammona fide
les non fuistis. quod uerũ
est· quis credet uobis.
Et si in alieno fideles non

fuistis. quod uestrum est.
quis dabit uobis?
ƚ. cxci. V ab. xlviii. Nemo seruus potest duob·
dominis seruire· Aut eni
unũ odiet. et alterũ diliget·
Aut uni adherebit· et alte
rum contemnet· Non po
testis dõ seruire. et mam
monae·
ƚ. cxcii. X Sol. Audiebant autẽ haec phari omia
saei qui erant auari. et de
ridebant illum· Et ait illis·
Uos estis qui iustificatis uos
corã hominibus. ds autẽ
nouit corda urã· Quia
quod hominib· altum est.
abominatio est ante dm·
ƚ. cxciii. V ab. cv. Lex et prophetae· usque
ad iohannẽ· Ex eo enim reg
num di euangelizatur.
et omnis in illud uim facit·
ƚ. cxciiii. V ab. xxxiiii. Facilius est autẽ caelum et
terra praeterire· quã

de lege unum apicē cadere·

Lc. cxcv. II Mt. cxc Mc. cv

Omnis qui dimittit uxorē
suā· et ducit alteram. moe
chatur· Et qui dimissā
a uiro ducit. moechatur·

In illo tempore dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc. Lc. cxcvi. X sol

HOMO QUIDAM ·xxi·
erat diues· et induebatur
purpura et bysso· et epu
labatur cotidie splendi
de· Et erat mendicus (··quidā)
nomine lazarus· qui ia
cebat ad ianuam eius ul
ceribus plenus· cupiens
saturari de micis quae
cadebant de mensa diuitis; et nemo illi dabat;
Sed et canes ueniebant· et
lingebant ulcera eius·
Factum est aut ut morere
tur mendicus. et porta
retur ab angelis in sinum
abrahae· Mortuus ē
aut et diues· et sepultus
est in inferno· Eleuans

aut oculos suos cū eēt in tor
mentis. uidit abrahā a longe. (et uidebat)
et lazarū in sinu eius· Et ipse
clamans dixit· Pat abrahā
miserere mei· Et mitte
lazarū ut intinguat extre
mū digiti sui in aquā· ut re
frigeret linguā meā· quia
crucior in hac flāma· Et di
xit illi abraham· Fili· re
cordare quia recepisti bona
in uita tua· et lazarus simi
lit mala· Nunc aut hic con
solatur. tu uero cruciaris·
Et in his omnib int uos et nos.
chaus magnū firmatum ē! (··uorago magna)
Ut hi qui uolunt hinc transire
ad uos non possint. neque
inde huc transmeare·
Et ait· Rogo ergo te pater.
ut mittas eū in domū patris
mei· Habeo enim quinq.
frs. ut testetur illis. ne et

ipsi ueniant in locum hunc
tormentorum. Et ait illi
abraham. Habent moy
sen et prophetas. audiant
illos. At ille dixit. Non
pater abraham. Sed si quis
ex mortuis ierit ad eos. pe
nitentiam agent. Ait autem
illi. Si moysen et prophe
tas non audiunt. neque
si quis ex mortuis surre
xerit credent.

L. cxcvii. II Mt. clxxviii. Mr. xcviii.

Et ait ad discipulos suos
Inpossibile est. ut non ueni
ant scandala. Uae autem
illi per quem ueniunt.
Utilius est illi si lapis mola
ris inponatur circa
collum eius et proiciatur
in mare. quam ut scan
dalizet unum de pusil
lis istis.

L. cxcviii. V Mt. clxxxiii.

Attendite uobis. Si peccauerit frater tuus. increpa
illum. Et si paenitentiam
egerit. dimitte illi.

L. cxcviiii. V Mt. clxxxviii.

Et si septies in die pecca
uerit in te. et septies in
die conuersus fuerit ad
te dicens. paenitet me.
dimitte illi.

L. cc. V Mt. clxxv.

Et dixerunt apostoli domino. Adau
ge nobis fidem. Dixit autem
dominus. Si haberetis fidem
sicut granum sinapis. di
ceretis huic arbori moro
eradicare et transplan
tare in mare. et oboe
diret uobis.

L. cci. X Sol.

Quis autem uestrum habens
seruum arantem aut pas
centem. qui regresso de
agro dicit illi statim.
transi. recumbe. et non
dicit ei. para quod cenem.
et praecinge te et ministra

mihi· donec manducē et
bibam· et post haec tu
manducabis et bibes. Nū
quid gratiam habet seruo
illi· quia fecit quae sibi im
perauerat? Non puto·
Sic et uos cum feceritis omā
quae p̄cepta sunt uobis·
dicite· Serui inutiles
sumus· quod debuimus fā
cere· fecimus; Et factū ē·
Dum iret in hierusalem.
transiebat p mediam sā
mariam et galilaeam·
Et cum ingrederetur qd
dam castellū· occurrerū
ei decem uiri leprosi· Qui
steterunt a longe· et le
uauerunt uocem dicentes·
Ihū p̄ceptor· miserere nri·
Quos ut uidit· dixit· Ite·
ostendite uos sacerdotib;
Et factum est dum irent.

mundati sunt· Unus autē
ex illis ut uidit quia mun
datus est· regressus est cū
magna uoce magnificans
dm̄· Et cecidit in faciem
ante pedes eius gratias a
gens· et hic erat samarita
nus· Respondens autē
ihs· dix̄· Nonne decem
mundati sunt· et nouem
ubi sunt? Non ē· inuen
tus qui rediret· et daret glo
riam dō· nisi hic alienigena·
Et ait illi· Surge uade·
quia fides tua te saluū fecit·
Interrogatus autē a phari
saeis quando uenit regnū
dī· respondit eis et dixit·
Non uenit regnū dī cū obser
uatione· neq; dicent ecce
hic· aut ecce illic· Ecce
enim regnum dī intra uos ē·
Et ait ad discipulos· Ve

ment dies quando deside
retis uidere unum diem
filii hominis. et non uidebitis.
L. ccxiiii. II Mt. cclxii. Mr. cxlviii. E t dicent uobis. Ecce hic.
ecce illic. nolite ire. ne
que sectemini.
L. ccv. V. Mt. cclvi. N am sicut fulgor corus
cans de sub caelo in ea quae
sub caelo sunt fulget. ita
erit filius hominis in
die sua.
L. ccvi. II Mt. clxviii. Mr. lxxxiii. P rimum autem oportet illum
multa pati. et reprobari
a generatione haec.
L. ccvii. V Mt. cclxi. E t sicut factum est in diebus
noe. ita erit et in dieb. fi
lii hominis. Edebant et
bibebant. uxores duce
bant et dabantur ad nup
tias. usq. in diem qua in
trauit noe in arcam. et
uenit diluuium et
perdidit omnes.

L. ccviii. X. Sol. S imiliter sicut factum est
in dieb. loth. edebant et
bibebant. emebant et uen
debant. plantabant et
aedificabant. Qua die autem
exiit loth a sodomis. pluit
ignem et sulphur de caelo.
et omnes perdidit. Secundum haec
erit. qua die filius homi
nis reuelabitur.
L. ccviiii. II Mt. ccxlviii. Mr. cxliii. I n illa hora qui fuerit in
tecto et uasa eius in domo.
ne descendat tollere illa.
E t qui in agro. similiter
non redeat retro.
L. ccx. X. Sol. M emores estote uxoris loth.
Q uicumq. quaesierit L. ccxi. III Mt. xcviii. I. cx.
animam suam saluam facere.
perdet illam. Et quicumq.
perdiderit illam. uiui
ficabit eam.
L. ccxii. V Mt. cclxii D ico uobis. In illa nocte
erunt duo in lecto uno.

unus adsumetur. et alter
relinquetur. Duae er̄
molentes in unum. una
adsumetur. et altera re
linquetur. Duo in agro.
unus adsumetur. & alter
relinquetur.
L· ccxiii· V Io· cclvii· Respondentes dicunt illi.
Ubi dn̄e? Qui dixit eis. Ubi
cūq; fuerit corpus. illuc
congregabuntur aquilę.
·:F:· ·:I:· L· cc xiiii· V Io· cclvii· Dicebat autē et parabolā
ad illos. Qm̄ oportet sēp
orare et non deficere di
cens. Iudex quidā erat
in quadā ciuitate. qui dm̄
non timebat et hominē
non reuerebatur. Uidua
autē quaedam erat in ciui
tate illa. et ueniebat ad
eū dicens. Uindica me. de
aduersario meo. et no
lebat p multum tempus.

Post haec autē dix intra se.
Etsi dm̄ non timeo. nec homi
nem reuereor. tam̄ quia
molesta est mihi haec uidua
uindicabo illā. ne in nouis
simo ueniens sugillet me.
Ait autē dn̄s. Audite quid
iudex iniquitatis dicit.
Ds̄ autē non faciet uindictā
electorum suorum cla
mantium ad se die ac nocte.
et patientiam habebit in
illis? Dico uobis. quia
cito faciet uindictā illorū. ·:F:·
Uerū tam̄. filius hominis ue
niens. putas inueniet fidē
·:I:· in terra. Dixit autē et
ad quosdam qui in se confi
debant tamquā iusti &
aspnabantur ceteros. pa
rabolā istam. Duo homi
nes ascenderunt in tēplū
ut orarent. unus phari

saeus. et alter publicanus.
Pharisaeus stans. haec apud
se orabat. D[eu]s gratias
ago tibi. quia non su[m] sicut
ceteri hominum. Rap
tores. iniusti. adulteri.
uelut etia[m] hic publican[us].
Ieiuno bis in sabbato. de
cimas do omnium quae
possideo. Et publicanus
a longe stans. nolebat
nec oculos ad caelu[m] leua
re. sed p[er]cutiebat pectus
suum dicens. D[eu]s p[ro]pitius
esto mihi peccatori. Dico
uobis. Descendit hic iusti
ficatus in domum sua[m] ab illo.
q. ccxv. V ā. ccxxxi. Quia omnis qui se exaltat.
humiliabitur. Et qui se
:F: humiliat. exaltabitur. :L:
q. ccxvi. II ā. cxcii. ā. cui. Adferebant aut[em] ad illum
et infantes. ut eos tange
ret. Q[uo]d cum uiderent

discipuli. increpabant illos.
Ih[esu]s aut[em] conuocans illos. dix[it].
Sinite pueros uenire ad me.
et nolite eos uetare. taliu[m]
est enim regnum d[e]i. :F:
q. ccxvii II ā. clxxviii ā. xcv. Amen dico uobis. Quicu[m]q[ue]
non acceperit regnum d[e]i
sicut puer. non intrabit
in illud. :L:
q. ccxviii II ā. cxciii ā. cvi. Et interrogauit eum
quidam princeps dicens.
Magister bone. quid faci
ens. uita[m] aeterna[m] possidebo?
Dixit aut[em] ei ih[esu]s. Quid me
dicis bonum? Nemo bo
nus. nisi solus d[eu]s. Man
data nosti. Non occides.
non moechaberis. non fur
tum facies. non falsum
testimonium dices. Ho
nora patre[m] tuu[m] et matre[m].
Qui ait. Haec omnia custodi
ui. a iuuentute mea.

L·ccxviiii· II Mr·cxciiii· Lc·cxii· Quo audito ihs ait ei. Ad
huc unum tibi deest. Om
nia quaecumq; habes uen
de et da pauperibus. et
habebis thesaurum in celo.
et ueni sequere me. ·F·
L·ccxx II Mr·cxcv· Lc·cxiiii His ille auditis. contrista
tus est quia diues erat
ualde. Videns autem ihs
illum tristem factum dix.
Quam difficile qui pecuni
as habent. in regnum di
intrabunt. Facilius est
enim camelum per foram
acus transire. quam diui
tem intrare in regnum di.
Et dixerunt. qui audieba
nt. Et quis potest sal
uus fieri? Ait illis. Quae
inpossibilia sunt apud ho
mines. possibilia sunt apud
dm. Ait autem petrus. Ecce
nos dimisimus omnia. et se
cuti sumus te.
L·ccxxi II Mr·cxcviii Lc·cx Qui dixit eis. Amen dico
uobis. Nemo est qui reli
quit domum. aut paren
tes. aut fratres. aut uxorem.
aut filios. propter regnum di.
et non recipiat multo plu
ra in hoc tempore. et
in saeculo uenturo. uitam aeternam. ·F·
XVII L·ccxxii· II Mr·cci Lc·cxii ADSUMPSIT AUTEM ·L·
ihs duodecim. et ait illis.
Ecce ascendimus hierusoly
mam. et consummabuntur
omnia quae scripta sunt per
prophetas de filio hominis.
Tradetur enim gentibus
et inludetur. et flagella
bitur. et conspuetur.
Et postquam flagellauerint
occident eum. et die ter
tia resurget.
L·ccxxiii X Sal Et ipsi nihil horum intelle
xerunt. Et erat uerbum

istud. absconditum ab eis
et non intellegebant
quae dicebantur.
Ł.ccxxiiii II ħ.ccv m.cxxii Factum est autem cum adpropin
quaret hiericho. caecus
quidam sedebat secus uiam
mendicans. Et cum audi
ret turbam praetereuntem. inter
rogauit quid hoc esset.
Dixerunt autem ei. quod ihs
nazarenus transiret.
Et clamauit dicens; Ihu
fili dauid. miserere mei.
Et qui praeibant. incre
pabant eum ut taceret.
Ipse uero multo magis cla
mabat. fili dauid mise
rere mei. Stans autem ihs.
iussit illum adduci ad se.
Et cum adpropinquasset.
interrogauit illum
dicens. Quid tibi uis
faciam. At ille dixit.

Dne. ut uideam. Et ihs di
xit illi. Respice. fides
tua te saluum fecit. Et
confestim uidit. et seque
batur illum magnificans
dm. Et omnis plebs ut
uidit. dedit laudem do. F
Ł.ccxxv X sol Et ingressus perambu I
labat hiericho. Et ecce
uir nomine zacheus. et
hic erat princeps publica
norum. et ipse diues.
Et quaerebat uidere ihm
quis esset. et non poterat
prae turba. quia statu
ra pusillus erat. Et prae
currens ascendit in ar
borem sicomorum ut uide
ret illum. quia inde erat
transiturus. Et cum uenis
set ad locum. suspiciens ihs
uidit illum. et dixit ad eum.
Zachee festinans descende.

quiahodie indomo tua o
portetme manere. Et
festinans descendit. et ex
cepit illu gaudens. Et cum
uiderent omīs. murmura
bant dicentes. quod ad ho
minē peccatorem diuertis
set. Stans aut̄ zacheus.
dix̄ ad ihm̄. Ecce dimidiū
bonorū meorū dnē do pau
peribus. Et si quid defrau
daui. reddo quadruplū.
Ait ihs̄ ad eum. Quia hodie
salus domui huic facta est.
eo quod ipse filius sit abrahe.
Ł. cc xxvi. V. Mt. clxxiii. Venit enim filius hominis
quaerere et saluum fa
cere quod perierat.
Ł. ccxxviii. X. sol. Haec illis audientibus adi
ciens dix̄ parabolam.
eo quod esset ꝓpe hierl̄m.
et quia existimarent qđ
confestim regnum dī ma
nifestaretur.
Ł. ccxxviii. II. Mt. cclxviii. Mc. clxiii. Dixit ergo. Homo qui
dam nobilis abiit in regio
nē longinquam. accipere
sibi regnum et reuerti;
Ł. ccxxviii. V. Mt. cclxx. Vocatis aut̄ decē seruis
suis. dedit illis decē mnas.
Et ait ad illos; Negotiami
ni. dum uenio; Ciues aut̄
eius oderant illum. et
miserunt legationē post
illū dicentes; Nolumus
hunc regnare sup nos; Et
factum est ut rediret ac
cepto regno. et iussit uo
cari seruos quibus dedit
pecuniam. ut sciret quan
tum quisq. negotiatus eēt;
Venit aut̄ primus dicens;
Domine. mna tua decem
mnas ad quisiuit;
Et ait illi. Euge serue
bone. quia in modico fide

aliquem

lis fuisti . eris potestatē
habens. sup decē ciuita
tes; Et alt uenit dicens;
D omine. mna tua fecit
quinq. mnas; Et huic
ait; Et tu esto . sup quin
que ciuitates; Et alter
uenit dicens; Domine. ec
ce mna tua quam habui
reposita in sudario; Timu
i enim te quia homo auste
rus es. tollis quod non posuis
ti. et metis qđ n̄ seminasti;
D icit ei; De ore tuo te iudico
serue nequam; Sciebas
quod ego austerus homo sū.
tollens quod non posui . et
metens quod non seminaui;
E t quare non dedisti pecuni
am mea ad mensā . et ego
ueniens cum usuris utiq.
q. exegissem illud? Et
adstantib. dix; Auferte

ab illo mnam . et date illi
qui decem mnas habet;
E t dixer ei; Domine . ha
bet decem mnas;
Lc xxx. II Ab. cclxxi. Am. xlii. D ico aūt uobis; Quia
omni habenti dabitur . et habundabit;
A beo aūt qui n̄ habet . et qđ
habet auferetur ab eo. :F:
Lc xxxi. V Ab. cclxxii. V erūtam inimicos meos
illos qui noluerunt me
regnare sup se . adducite
huc et int̃ficite ante me.
Lc xxxii. II Am. ccvi. Am. cxvii. E t his dictis . pcedebat
ascendens hierusolymam. :F: In statione. in die palmarū.
E t factum est cū adppin *In suo tempore. In ill t. :· S. lucā.*
quasset ad bethfage
et bethaniā ad montem
qui uocatur oliueti . misit
duos discipulos suos dicens
I te in castellū quod contra
est. In quo introeuntes.
inuenietis pullum asinae
alligatum cui nemo umquā

hominu͞ sedit. solvite il
lu͞ & adducite. Et si quis
vos interrogaverit qua
re solvitis? sic dicetis ei.
Quia d͞ns opera͞ ei desiderat.
ℓ. cc.xxxiii. II. m̄. ccviii. A͞. c.xviii. Abier͞ aut͞ qui missi erant.
et invener͞ sicut dix͞ illis
stante͞ pullu͞. Solventib͞.
aut͞ illis pullu͞ dixer͞ domi
ni eius ad illos. Quid solvi
tis pullu͞? At illi dixer͞.
Quia d͞ns eu͞ necessariu͞ ha
bet. Et duxer͞ illu͞ ad ih͞m.
Et iactantes vestim͞ta sua.
supra pullu͞ inposuer͞ ih͞m.
Euntem aut͞ illo. substerne
bant vestim͞ta sua in via.
.l. ℓ. cc.xxxiiii. I. m̄. ccviii. A͞. cxviiii. I. c. Et cum adp͞pinquaret iam
ad descensu͞ montis oliveti.
coeper͞ om͞s turbae descen
dentium gaudentes lauda
re d͞m voce magna. super
omnib͞. quas viderant vir
tutib͞. dicentes. Benedictus
qui venit rex in nomine d͞ni.
pax in celo. et gl͞a in excelsis.
ℓ. cc.xxxv. V. m̄. cc.xiii. Et quidā pharisæorū de
turbis dixerunt ad illum.
Magister. increpa discipulos
tuos. Quib͞. ipse ait. Dico
vob͞. Quia si hi tacuerint.
lapides clamabunt. .l.
ℓ. cc.xxxvi. X. Sol. Et ut adpropinquavit. vi
dens civitate͞. flevit super
illa͞ dicens. Quia si cogno
visses et tu. Et quidem
in hac die tua quae ad pace͞
tibi. nunc aut͞ abscondita s͞.
ab oculis tuis. Quia venient
dies in te. et circu͞dabunt te
inimici tui vallo. Et circum
dabunt te. et coangustabit te
undiq͞. et ad terra͞ proster
nent te. et filios tuos qui
in te sunt.
ℓ. cc.xxxvii. II. m̄. cc.xlii. A͞. c.xxxvii. Et non relinquent in te

lapidem sup lapidē . eo
quod non cognoueris tēm
pus uisitationis tuae .
L. cc xxxviii Mr. ccxi I Mt. cxxi Io. xxi E t ingressus in templū . coe
pit eicere uendentes in
illo et ementes . dicens illis .
S criptū ē . quia domus me
a . domus orationis est .
U os autē fecistis illam . spe
luncam latronum .
L. ccxxxviiii Mr. ccxx I Mt. cxxii Io. lxxxv E t erat docens cotidie in tē
plo . Principes autē sacer
dotū et scribae . et princi
pes plebis . quaerebant il
lum pdere . et non inuenie
bant quid facerent illi .
O mnis enim pplš suspensus e
rat audiens illum . (ex eis audiens illi re ponde bat)
L. cc xl. Mr. ccxvii II Mt. cxxvii E t Factū ē in una dierū
docente illo pplm in templo
et euangelizante . conue
nerūt principes sacerdotū
et scribae cū senioribus . et

aiunt dicentes ad illum .
D ic nobis in qua potestate
haec facis . et quis est qui
dedit tibi hanc potestatē . (et aut)
R espondens autē . dix ad illos .
I nterrogabo uos et ego unū
uerbum . respondete mihi .
B aptismū iohis de caelo erat .
an ex hominibus . At illi
cogitabant inter se . dicen
tes . Quia si dixerimus de
caelo . dicet . Quare ergo
non credidistis illi . Si autē
dixerimus ex hominibus .
plebs uniuersa lapidabit
nos . Certa sunt enim
iohm pphetā eē . Et respon
derunt se nescire
unde eet . Et ait illis .
N eq; ego dico uobis . in qua po
testate haec facio .
L. ccxli. II Mr. ccxviii Mt. cxxviii C oepit autē dicere ad ple
bem parabolam hanc .

Homo plantauit uineã et lo
cauit eã colonis. et ipse
peregre fuit multis tẽpo
ribus. Et misit tempore mi
sit ad cultores seruũ. ut
de fructu uineae darent illi.
Qui caesũ dimiser eũ ina
nem. Et addidit alterũ
seruũ mittere. Illi autẽ
hunc quoq; cędentes. et af
ficientes contumeliis. di
miser inanem. Et addi
dit tertiũ mittere. Qui
et illũ uulnerantes. eiece
runt. Dix aũt dominus ui
neae. Quid faciã. Mittã
filiũ meũ dilectũ. forsitan
cũ hunc uiderint uere
buntur. Quẽ cũ uidisse
nt coloni. cogitauer intẽ
se dicentes. Hic ẽ heres.
occidamus illũ. ut nostra
fiat hereditas. Et eiectũ
illũ extra uineã. occider.
Quid ergo faciet dominus
uineae. Veniet et pdet
colonos istos. et dabit uine
am aliis. Quo audito. dixer
illi. Absit. Ille aut aspici
ens eos ait. Quid est ergo
hoc quod scriptũ ẽ. Lapi
dem quẽ reprobauer aedi
ficantes. hic factus ẽ in caput
anguli. Omis qui ceciderit
supra illũ lapidem. conquas
sabitur. Sup quẽ aut ceci
derit. cõminuet illum.

L.ccxlii.
I
Ḣ.ccxc
M.cxxviii.
L.lxxxviii.

Et quaerebant principes
sacerdotũ et scribę mittere
in illũ manus illa hora. et
timuerunt populum. Cog
nouer enim. qd ad ipsos di
xerit similitudinem istam.

L.ccxliii.
II
Ḣ.ccxxiii.
M.cxxx.

ET OBSERUANTES L.xviii
miser insidiatores qui se
iustos simularent. ut caperent

rent eũ in sermone . ut tra
derent illũ principatui et
potestati p̄sidis . et interro
gauer̄ illũ dicentes · Ma
gister . scimus quia recte di
cis et doces . et non accipis p
sonã . sed in ueritate uiã dĩ
doces · Licet nob̄ dare tri
butũ caesari . an non ? Con
siderans autẽ dolũ illorum .
dix ad eos · Quid me temp
tatis ? Ostendite mihi dena
rium · Cuius habet imagi
nẽ et inscriptionem ? Res
pondentes . dixer̄ · Caesaris ·
E t ait illis · Reddite ergo
quae sunt caesaris caesari .
et quae sunt dĩ dõ · Et n̄ potu
er̄ uerbũ ei rep̄hendere
corã plebe . et mirati in
responso eius . tacuerunt ·
·I· A ccesserunt autẽ quidã sad
ducaeorũ qui negant ee

resurrectionẽ . et interro
gauer̄ eũ dicentes · Ma
gister . moyses scripsit nob̄ ·
S i frat̄ alicuius mortuus fu
erit habens uxorẽ . et hic
sine filiis fuerit . ut accipiat
eã frat̄ eius uxorẽ . et suscitet
sem̄ fratri suo · Septẽ ergo
fr̄s erant . et primus accepit
uxorẽ . et mortuus ẽ . sine
filiis · Et sequens . accepit
illã . et ipse mortuus ẽ . sine
filio · Et tertius accepit illã ·
S imilit̄ et om̄s septẽ . et n̄ re
liquer̄ sem̄ . et mortui s̄ ·
N ouissime omnium . mortua
est et mulier · In resurrec
tione ergo cuius eorũ erit
uxor ? Siquidem septẽ
habuer̄ eã uxorem · Et ait
illis ihs̄ · Filii saeculi huius nu
bunt . et traduntur ad nup
tias · Illi uero qui digni

habebuntur saeculo illo et
resurrectione ex mortu
is neque nubunt neque du
cunt uxores. neque enim
ultra mori poterunt. Aequa
les enim angelis sunt. Et
filii sunt dei. cum sint filii re
surrectionis. Quia uero
resurgant mortui. et moy
ses ostendit secus rubum si
cut dicit. Dominum deum abraham.
et deum isaac. et deum iacob.
Deus autem non est mortuorum. sed ui
uorum. Omnes enim uiuunt
ei. Respondentes autem
quidam scribarum dixerunt.
Magister bene dixisti.

L· ccxliiii· / II / Mt· ccxxvi· / Mr· cxxxiii·

Et amplius non audebant
eum quicquam interrogare.

·F·

L· ccxlv· / II / Mt· ccxxv· / Mr· cxxxiiii·

Dixit autem ad illos. Quomo
do dicunt christum filium dauid
esse. et ipse dauid dicit in
libro psalmorum. Dix

it dominus domino meo. sede a dex
tris meis. Donec ponam
inimicos tuos scabellum pe
dum tuorum. Dauid ergo dominum
illum uocat. et quomodo
filius eius est.

L· ccxlvi· / II / Mt· ccxxviiii / Mr· cxxxv·

Audiente autem omni populo.
dixit discipulis suis. Adten
dite a scribis qui uolunt
ambulare in stolis. et a
mant salutationes in foro.
et primas cathedras in syna
gogis. et primos discubitos
in conuiuiis.

L· ccxlvii / VIII / Mr· cxxxvi

Qui deuorant domos uidu
arum simulantes longam
orationem. hi accipient dam
nationem maiorem.
Respiciens autem uidit eos qui
mittebant munera sua in
gazofilacium diuites.
Vidit autem et quandam uiduam
pauperculam mittentem aera

minuta duo. et dix(it). Ue
re dico uobis. Quia uidua
haec paup(er) plus quam omnes
misit. Nam omnes hi ex
abundantia sibi miser(unt) in
munera di. Haec autem
ex eo quod deest illi. om
nem uictum suum quem
habuit misit.
L. ccxlviii. II M. ccxlii. Mt. cxxxvii. Et quibusdam dicentibus de
templo quod lapidibus
bonis et donis ornatum e(sse)t.
dix(it). Haec quae uidetis.
uenient dies in quib(us) non
relinquetur lapis sup(er) la
pidem. qui n(on) destruatur.
L. ccxlviiii. II M. ccxliii. Mt. cxxxviii. Interrogauer(unt) aut(em) illu(m) di
centes. Praeceptor. q(ua)n
do haec erunt. et quod sig
num cu(m) fieri incipient?
Qui dix(it). Uidete ne seduca
mini. Multi eni(m) uenient
in nomine meo dicentes.

(in illo temp(ore))

quia ego sum. et tempus
adpropinquauit. Nolite
ergo ire post illos. Cum (dix(it) ihs discipulis suis)
autem audieritis proelia et
seditiones. nolite terreri.
Oportet primum haec fieri.
sed non statim finis. Tunc
dicebat illis. Surget gens
contra gentem. et regnu(m)
aduersus regnu(m). et terre
motus magni er(unt) p(er) loca.
Et pestilentiae. et fames.
terroresq(ue) de caelo. et
signa magna erunt.
L. ccl. I M. ccxliiii. Mt. cxxxviiii. I. cxli. Sed ante haec omnia.
inicient uob(is) manus suas
et persequentur. tradentes
in synagogas et custodias.
trahentes ad reges et p(rae) (et tradentur)
sides. propt(er) nom(en) meum.
Continget autem uobis
in testimonium.
L. ccli. II M. lxxxiiii. Mt. cxli. Ponite ergo in cordibus

uris non praemeditari quē
admodum respondeatis;
E go enim dabo uobis os et sa
pientiam . cui non poterū
resistere et contradicere
om̄s aduersarii uestri;
T radimini autē a parentib.
et fratrib. et cognatis. et
amicis. et morte adfici
ent ex uobis. Et eritis o
dio omnibus. propt̄ nom
meum. et capillus de ca
pite urō peribit; In patien
tia uestra . possidebitis a
nimas uestras . ∴
L. cclii X Sol C um autē uideritis circūda
ri ab exercitu hierusalē.
tunc scitote quia adpro
pinquauit desolatio eius .
L. ccliii II Mt. ccxlviii. Mc. cxliii. T unc qui in iudea sunt fugi
ant ad montes . et qui in
medio eius discedant :
E t qui in regionibus . non in

trent in eam . Quia dies ulti
onis hi sunt . ut impleantur
omnia quae scripta sunt
L. ccliiii. II Mt. ccxlviii. Mc. cxliii. V ae autem pregnantib.
et nutrientib. in illis dieb.
L. cclv. II Mt. ccli. Mc. cxlvi. E rit enim p̄ssura magna
sup trā . et ira populo huic
L. cclvi X Sol E t cadent in ore gladii .
et captiui ducentur in om̄s
gentes . et hierlm calca
bitur a gentib. donec im
pleant̄ tēpora nationū .
L. cclvii II Mt. cclviii. Mc. cl. E t Erunt signa in sole .
et luna et stellis . et in terris
p̄ssura gentium . prae con
fusione sonitus maris et
fluctuum . Arescentib.
hominib. p̄ timore et ex
spectatione . quae sup ue
niunt uniuerso orbi ;
N am uirtutes caelorum
mouebuntur ;
L. cclviii. II Mt. cclviiii Mc. cli. E t tunc uidebunt filium

hominis uenientē in nube.
cū potestate magna et ma
iestate. His autē fieri in-
cipientibus. respicite et
leuate capita urā. qm ad
ppinquat redemptio urā.
Et dixit illis similitudinē.
Uidete ficulneam et omīs
arbores cum producunt
iam ex se fructum. scitis
qm prope est aestas. Ita
et uos cum uideritis hec
fieri. scitote qm prope
est regnum dī. Amē dico
uobis quia non praete
ribit generatio haec. do
nec omnia fiant. Celū
et terra transibunt. uer
ba autē mea ñ transient.
F. L. cclviiii. X Sol. Adtendite autē uobis. Ne
forte grauentur corda
urā in crapula et ebrie
tate. et curis huius uitae

et superueniat in uos repen
tina dies illa. Tamquā
laqueus enim superueniet in
omīs. qui sedent sup faciē
omnis terrae. Uigilate
itaq. omni tempore oran
tes. ut digni habeamini fu
gere ista omia quae futura
sunt. et stare ante filium
hominis. Erat autē dieb. F.
docens in templo. noctib.
uero exiens morabatur
in monte qui uocatur oliueti.
Et omnis populus manica
bat ad eum in templo.
audire eum. L.
L. cclx. I. M. cclxxiiii. Mt. clvi. I. xcvi. Appropinquabat autē
dies festus azimorum.
qui dicitur pascha.
L. cclxi. I. M. ccxx. Mt. cxxviii. I. lxxvii. ET QUAEREBANT XVIIII
principes sacerdotū et
scribae quomodo eū inter
ficerent. timebant uero plebem.

L. cclxii VIIII I. cxiii. Z. cxxiiii. Intrauit aut(em) satanas in iu
dam, qui cognominabat(ur)
scarioth. unum de duodeci(m).
L. cclxiii II M. cclxxvii. M. clx. Et abiit, et locutus est cu(m)
principib(us) sacerdotu(m) et
magistratibus: que(m)admo
dum illu(m) traderet eis. Et
gauisi sunt. et pacti sunt
pecuniam illi dare. et spo
pondit; Et quaerebat
oportunitatem. ut tra
deret illu(m) sine turbis.
Uenit aut(em) dies azimorum.
in qua necesse erat occidi
pascha. Et misit petru(m).
et ioh(anne)m. dicens; Euntes
parate nobis pascha. ut
manducemus. At illi di
xerunt. Ubi uis pare
mus? Et dixit ad eos.
Ecce introeuntibus uob(is) in
ciuitate(m). occurret uobis
homo amphoram aquae
portans. sequimini eum in domu(m) in
quam intrat. et dicetis pa
tri familias domus. Dicit
tibi magister: Ubi est di
uersorium. ubi pascha cu(m)
discipulis meis manduce(m)?
Et ipse uobis ostendet caena
culum magnum stratum.
et ibi parate. Euntes aut(em)
inuener(unt) sicut dixit illis.
et parauerunt pascha. Et
cum facta esset hora discu
buit. et xii. ap(osto)li cum eo.
L. cclxiiii X Sol. Et ait illis. Desiderio
desideraui hoc pascha man
ducare uobiscu(m). antequam
patiar.
L. cclxv. II M. cclxxxv M. clxvi. Dico enim uobis; quia ex
hoc n(on) manducabo illud. do
nec impleatur in regno di.
Et accepto calice gratias egit
et dixit. Accipite. et diui
dite in uos. Dico enim uob(is).

Quod non bibam de genera
tione uitis . donec reg
num di ueniat·
L.cclxvi. ii Th.cclxxxiiii. Mr.clxv. I.lxv. I.lv. I.lxvii
Et accepto pane . gratias
egit et fregit . et dedit
eis dicens· Hoc ē corpus
meum quod pro uob datur.
hoc facite in meam com̄e
morationem·
L.cclxvii. ii Th.cclxxxv. Mr.clxvi.
Similit̄ et calicem . post
quā caenauit dicens·
Hic est calix nouū testamtū
in sanguine meo . qui p
uobis fundetur·
L.cclxviii. ii Th.cclxxxi. Mr.clxii.
Verumtamen ecce manus
tradentis me . mecum est
in mensa· Et quidem fili
us hominis . secundū quod
definitum est uadit; Ve
rumtamen uae homini illi
per quem traditur·
L.cclxviiii. i Th.cclxxx. Mr.clxii. I.cxxii
Et ipsi coeper̄ quaerere
inter se . quis esset ex eis
qui hoc facturus esset·
L.cclxx. ii Th.ccm. Mr.cxiiii.
Facta est aut̄ et conten
tio inter eos: quis eorum
uideretur ēē maior·
Dixit aut̄ eis· Reges gentiū
dominantur eorū . et qui
potestatē habent sup eos.
benefici uocantur· Vos
aut̄ non sic· Sed qui ma
ior est in uobis . fiat sicut
iunior· Et qui p̄cessor ē.
sicut ministrator·
L.cclxxi. x Sol.
Nam quis maior est . qui
recumbit . an qui minis
trat? Nonne qui recū
bit? Ego aut̄ in medio
urm̄ sum . sicut qui minis
trat· Vos aut̄ estis qui
p mansistis mecū in temp
tationibus meis· Et ego
dispono uobis . sicut dispo
suit mihi pat̄ mr̄ regnum·
ut edatis et bibatis super

mensam meam in regno meo·
L·cclxxii· V Mt·cxcvii· Et sedeatis super thronos.
iudicantes xii· trib. isrl·
L·cclxxiii· X Sol· Ait autem dns simoni· Simon.
ecce satanas expetiuit uos.
ut cribraret sicut triticū;
Ego autem rogaui pro te· ut nō
deficiat fides tua;
L·cclxxiiii· VIIII Io·ccxxvii· Io·ccxxviii· Et tu aliquando conuersus.
confirma fratres tuos;
L·cclxxv· I Mt·cclxxxviii· Mr·clxx· Io·cxxvi· Qui dixit ei; Dne· tecū su
paratus· et in carcerem·
et in mortem ire; Et
ille dixit; Dico tibi petre.
non cantabit hodie gallus·
donec ter abneges nosse me;
L·cclxxvi· X Sol· Et dixit eis; Quando misi
uos sine sacculo et pera
et calciamentis· numquid
aliquid defuit uobis; At
illi dixerunt; Nihil; Dix
ergo eis; Sed nunc qui ha
bet sacculum· tollat simi
liter et peram· Et qui non
habet· uendat tunicam
suam· et emat gladium·
L·cclxxvii· VII Mr·ccxvi· Dico enim uobis; Qm adhuc
hoc quod scriptum est· o
portet impleri in me;
Et quod cum iniustis depu
tatus est· Etenim ea quae
sunt de me· finem habent;
L·cclxxviii· X Sol· At illi dixerunt· Dne· ecce
gladii duo hic· At ille di
xit eis· Satis est·
L·cclxxviiii· I Mt·cexi· Mr·clxxii· Io·clvi· Et egressus ibat secdm con
suetudinem in montē oli
uarum; Secuti sunt autē
illum et discipuli·
L·cclxxx· II Mt·ccxcii· Mr·clxxvii· Et cum peruenisset ad locū·
dixit illis; Orate ne in
tretis in temptationem·
L·cclxxxi· I Mt·ccxciii· Mr·clxxv· Io·clxi· Et ipse auulsus est ab eis
quantū iactus est lapidis·
et positis genibus orabat
dicens ——— is·

L. cclxxxii. I. M̄. ccxcv. M̄. clxxvi. I. xlii.
Pat̄ si uis: transfer calicē
istum á me. Uerūtamen
non mea uoluntas. sed tu
a fiat.

L. cclxxxiii. X. Sol.
Apparuit aut̄ illi angelus
de caelo. confortans eū;
Et factus in agonia. proli
xius orabat. Et factus ē
sudor eius. sicut guttae
sanguinis decurrentis
in terram.

L. cclxxxiiii. II. M̄. ccxcvi. M̄. clxxvii.
Et cū surrexisset ab oratio
ne. et uenisset ad discipulos
suos. inuenit eos dormien
tes prae tristitia; Et ait
illis; Quid dormitis?
Surgite. orate. ne intre
tis in temptationem.

XX L. cclxxxv. I. M̄. ccc. M̄. clxxxi. I. clviii.
ADHUC EO LOQUENTE.
ecce turba. et qui uocaba
tur iudas unus de duode
cim. antecedebat eos;
Et adpropinquauit ihū.
ut osculare tur eum;

L. cclxxxvi. II. M̄. ccci. M̄. clxxxii.
Ihs aut̄. dix illi; Iuda. os
culo filiū hominis tradis?

L. cclxxxvii. I. M̄. cccii. M̄. clxxxiii. I. clx.
Videntes aut̄ hi qui cir
ca ipsū erant quod futu
rū erat. dixerunt ei.
Dn̄e. si percutimus in gladio?
Et percussit unus ex illis ser
uum principis sacerdotū.
et amputauit auriculā
eius dextram. Respon
dens autem ihs ait. Si
nite usque huc.

L. cclxxxviii. X. Sol.
Et cum tetigisset auricu
lā eius. sanauit eum.

L. cclxxxviiii. I. M̄. ccciiii. M̄. clxxxiiii. I. clxx.
Dixit aut̄ ihs ad eos qui
uenerant adse principes
sacerdotum. et magistra
tus templi. et seniores;
Quasi ad latronē existis cū
gladiis et fustibus. Cū
cotidie uobiscum fuerim
in templo. non extendistis

manus in me; Sed haec est
hora uestra. et potestas
tenebrarum.

L. cc xc · I · Mt. cccvi · Mr. clxxxviii · I. clxii C omprehendentes autem eum. du
xerunt ad domum prin
cipis sacerdotum.

L. cc xci · I · Mt. cccxiiii · Mr. cxcv · I. clxviii P etrus uero. sequebatur
a longe. Accenso autem
igni in medio atrio. et
circumsedentib. illis. erat
petrus in medio eorum.
Q uem cum uidisset ancilla quae-
dam sedentem ad lumen. et eum
fuisset intuita. dix; Et hic
cum illo erat; At ille nega
uit eum dicens; Mulier.
non noui illum.

L. ccxcii · I · Mt. cccxv · Mr. cxcvi · I. clxxv E t post pusillum. alius uidens
eum. dix. Et tu de illis es.
P etrus uero ait. O homo.
non sum. Et interuallo fac
to quasi horae unius. alius
quidam adfirmabat dicens.
Uere. et hic cum illo erat.
nam et galileus est; Et ait
petrus; Homo. nescio quid
dicis. Et continuo adhuc
illo loquente. cantauit gallus.

L. ccxciii · II · Mt. cccxvi · Mr. cxcvii E t conuersus dns. respexit
petrum. Et recordatus est
petrus uerbi dni sicut di
xerat. quia prius quam gal
lus cantet. ter me negabis.
E t egressus foras petrus.
fleuit amare.

L. ccxciiii · I · Mt. cccxiii · Mr. cxciiii · I. clxxii E t uiri qui tenebant illum.
inludebant ei caedentes;
E t uelauerunt eum. et percutiebant
faciem eius. et interrogabant
eum. dicentes. Prophetiza.
quis est qui te percussit. Et
alia multa blasphemantes.
dicebant in eum.

L. ccxcv · II · Mt. cccxvii · Mr. cxcviii E t ut factus est dies. con
uenerunt seniores plebis et
principes sacerdotum.

et scribae. et duxerunt illum
in concilium suum dicentes;
Si tu es xps. dic nobis.
L. ccxcvi. X Sol. Et ait illis. Si uobis dixero. non
credetis mihi; Si autem et in
terrogauero. non respon
debitis mihi. neque dimittetis.
L. ccxcvii. I Mt. cccx. Mr. cxci. Io. lxviiii. Ex hoc autem erit filius homi
nis. sedens a dextris
uirtutis dei.
L. ccxcviii. X Sol. Dixerunt autem omnes. Tu
ergo es filius dei. Qui ait.
Uos dicitis. quia ego sum.
L. ccxcviiii. II Mt. cccxii. Mr. cxciii. At illi dixerunt. Quid adhuc
desideramus testimoni
um. Ipsi enim audiui
mus de ore eius;
L. ccc. I Mt. cccxvii. Mr. cxcviiii. Io. clxxxii. Et surgens omnis multitudo
eorum. duxerunt illum
ad pilatum.
L. ccci. X Sol. Coeperunt autem accusare illum
dicentes; Hunc inuenimus
subuertentem gentem nostram.

et prohibentem tributa
dari caesari. et dicentem
se xpm regem esse.
L. cccii. I Mt. cccxx. Mr. cc. Io. clxxxviii. Pilatus autem interroga
uit eum dicens. Tu es rex
iudaeorum. At ille re
spondens. ait. Tu dicis;
L. ccciii. VIIII Io. clxxxvi. Ait autem pilatus ad prin
cipes sacerdotum et
turbas. Nihil inuenio
causae in hoc homine.
L. ccciiii. X Sol. At illi inualescebant
dicentes. Commouet po
pulum docens per uniuersam
iudeam. Et incipiens
a galilea. usque huc; Pila
tus autem audiens galileam.
interrogauit si homo galile
us esset. Et ut cognouit
quod de herodis potestate
esset. remisit eum ad herodem.
Qui et ipse hierusolymis e
rat illis diebus; Herodes

autem uiso ihū · gauisus ē·
ualde· Erat enim ex mul
to tempore cupiens uide
re eum . eo quod audiret
multa de illo· Et sperabat
signum aliquod [illegible] ab
eo fieri; Interrogabat autē
illum multis sermonibus;
At ipse · nihil illi respondebat;
L. cccv · II · Io. cccviii · M. clxxxviiii Stabant autē et principes sa
cerdotū et scribae · con
stanter accusantes eum ·
L. cccvi · X · Sol Spreuit autē illū herodes cū
exercitu suo · et inlusit · in
dutum ueste alba . et re
misit eum ad pilatum ·
Et facti sunt amici herodes &
pilatus · in ipsa die · Nam
antea · inimici erant ad
inuicem ;
L. cccvii · VIIII · L. clxxxvi Pilatus autē conuocatis prin
cipib· sacerdotū et magis
tratibus et plebe · dixit

ad illos · Obtulistis mihi hunc
hominē quasi auertentem
populū . et ecce ego coram
uobis interrogans · nullam
causā inueni in homine isto .
ex his in quib· eū accusatis ·
L. cccviii · X · Sol Sed neq· herodes; Nam re
misi uos ad illū . et ecce nihil
dignū morte actum ē · ei ·
L. cccviiii · II · Io. cccxiii · M. cciii Emendatū ergo illum di
mittam · Necesse autē ha
bebat . dimittere eis p
diem festum unum ·
L. cccx · I · Io. cccxxv · M. ccviii · L. clxxxiii Exclamauit autē simul uni
uersa turba · dicens · Tolle
hunc et dimitte nobis ba
rabban · Qui erat propter
seditionē quandā factā in
ciuitate et homicidium ·
missus in carcerē ·
L. cccxi · I · Io. cccxxvi · M. ccv · L. clxxxviiii Iterū autē pilatus loquu
tus ē ad illos . uolens di
mittere ihm · At illi suc

clamabant dicentes · Cru
cifige · crucifige illum ·
[L. cccxii. VIIII I. clxxxvi] Ille autem tertio · dixit ad illos ·
Quid enim mali fecit iste?
Nullam causam mortis inueni
o in eo ; Corripiam ergo
illum · et dimittam ·
[L. cccxiii. I M. cccxxvi. M. ccv. I. cxcxiiii.] At illi instabant uocibus
magnis · postulantes ut
crucifigeretur ; et inua
lescebant uoces eorum ·
[L. cccxiiii. I M. cccxxviii. M. ccvi. I. cxcvi.] Et pilatus adiudicauit fie
ri petitionem eorum ·
Dimisit autem illis eum qui prop
ter homicidium et seditio
nem missus fuerat in car
cerem · quem petebant ·
Ihm uero tradidit uolun
tati eorum ·
[L. cccxv. I M. cccxxxi. M. ccxiiii. I. cxcvii] Et cum inducerent eum · ad
prehenderunt simonem quen
dam cyrenensem uenien
tem de uilla · et inposuerunt
illi crucem portare post ihm ·
[L. cccxvi. X Sol.] Sequebatur autem illum multa
turba populi et mulierum ·
quae plangebant · et la
mentabantur eum ·
Conuersus autem ad illas ihs
dixit ; Filiae hierusalem nolite
flere super me · sed super uos
ipsas flete · et super filios
uestros · Quoniam ecce uenient
dies · in quibus dicent · Beatae
steriles et uentres qui
non genuerunt · et ubera
quae non lactauerunt · Tunc
incipient dicere montibus ·
cadite super nos · et collibus
operite nos · Quia si in ui
ridi ligno haec faciunt ·
in arido quid fiet?
[L. cccxvii. I M. cccxxxvi. M. ccxv. I. cxcviii.] Ducebantur autem et alii duo
nequam cum eo · ut inter
ficerentur ·
[L. cccxviii. I M. cccxxxii. M. ccx. I. cxcvii.] Et postquam uenerunt in locum

qui uocatur caluariae·
ibi crucifixerunt eum.
ΚΑΚΟΥΡΓΟΥϹ nequa — q. ccc xviii / I / m. cccxxxvi / ccxv / l. cxxviii — Et latrones unum a dextris
et alterum a sinistris·
q. ccc xx / X / Sol. — Ihs autem dicebat· Pater dimit
te illis. non enim sciunt
quid faciunt·
q. ccc xxi / I / m. ccc xxxiiii / ccxii / l. ccl — Diuidentes uero uestimenta
eius miserunt sortes; et
stabat plebs expectans;
q. ccc xxii / II / m. ccc xxxviii / cc xviii — Et deridebant illum princi
pes cum eis dicentes· Ali
os saluos fecit. se saluum fa
ciat. si hic est xps di electus·
q. ccc xxiii / II / m. ccc xliii / cc xxii — Inludebant autem ei et milites
accedentes et acetum of
ferentes illi dicentes; Si
tu es rex iudaeorum
saluum te fac·
q. ccc xxiiii / I / m. ccc xxxv / cc xiii / l. cxcviii — Erat autem et superscriptio in
scripta super illum litteris
grecis et latinis et hebra
icis. hic est rex iudeorum

q. ccc xxv / II / m. ccc xxxviiii / cc xviiii — Unus autem de his qui pende
bant latronibus blasphema — ΚΑΚΟΥΡΓΩΝ
bat eum dicens· Si tu es xps.
saluum fac temet ipsum et nos·
q. ccc xxvi / X / Sol. — Respondens autem alter incre
pabat illum dicens· Neque tu ti
mes dm. quod in eadem dam
natione es· Et nos quidem
iuste nam digna factis re
cipimus. hic uero nihil mali
gessit· Et dicebat ad ihm·
Dne memento mei. cum ueneris
in regnum tuum· Et dixit illi ihs·
Amen dico tibi. hodie mecum
eris in paradyso·
q. ccc xxvii / II / m. ccc xl / cc xx — Erat autem fere hora sexta.
et tenebrae factae sunt in uniuer
sa terra. usque in horam nonam·
Et obscuratus est sol·
q. ccc xxviii / II / m. ccc xliiii / cc xxiiii — Et uelum templi scissum
est medium.
q. ccc xxviiii / I / m. ccc xliii / cc xxii / l. cciii — Et clamans uoce magna
ihs ait· Pater in manus tuas.

cōmendo spm̄ meum; Et
haec dicens· exspirauit·
L·cccxxx II Io·cccxlvi· M·ccxxv· Uidens autē centurio qd̄ fac
tū· fuerat· glorificauit
dm̄ dicens· Uere· hic homo
iustus erat·
L·cccxxxi· X Sol Et omnis turba eoꝝ qui simul
aderant ad spectaculū istud
et uidebant quae fiebant· p
cutientes pectora sua reuer
tebantur; Stabant autem
om̄s noti ei a longe· et muli
eres quae secutae erant eū
a galilea haec uidentes·
L·cccxxxii I Io·cccxlviii· M·ccxxvii· I·ccvi· Et ecce uir nomine ioseph
qui erat decurio uir bonus
et iustus· hic non consense
rat consilio et actib· eorum·
ab arimathia ciuitate iudeę·
qui expectabat et ipse reg
num dī; Hic accessit ad
pilatum· et petiit corp̄ ihū·
L·cccxxxiii I Io·cccxlviii· M·ccxxviii· I·ccviii· Et depositū inuoluit in sin
done· et posuit in monumto
exciso; In quo nondū quisquā
positus fuerat· ·:F·:
iiii· L·cccxxx X Sol Et dies erat parasceues· et
sabbatū inlucescebat· Sub
secutę autē mulieres quae
cū ipso uenerant de galilea·
uider̄ monumtū· et quem
admodū positū erat corp̄ ei·
L·cccxxxv· VIII M·ccxxx· Et reuertentes· parauer̄
aromata et unguenta· Et
sabbato quidem siluerunt·
secundum mandatum·
L·cccxxxvi I Io·ccclii· M·ccxxxi I·ccviiii· Una autē sabbati ualde ·:I:·
diluculo uener̄ ad monum
tū· portantes quę parauer̄
aromata· Et inuenerunt
lapidē reuolutū a monumto·
Et ingressę· n̄ inuener̄ corp̄
dnī ihū· Et factū ē· dū mte
consternatę eēnt de isto·
ecce duo uiri steterunt se
cus illas· in ueste fulgenti·

Q·cccxxxviii· II Ih·ccclii· M̄·ccxxii· Cum timerent autē et decli
narent uultū in terrā · dixer
ad illas · Quid quaeritis ui
uentē cū mortuis · Non ē
hic · sed surrex · Recorda
mini qualit loquutus ē uo
b · cū adhuc in galilea eēt
dicēs · Quia oportet filiū ho
minis tradi in manus homi
nū peccatorū · et crucifigi ·
et tertia die resurgere ·
Et recordatę sŭ uerborū eius ·
XXI· Q·cccxxxviiii· II Ih·cccliii M̄·ccxxiii· ET REGRESSAE
a monumento · nuntiauer
haec omnia illis undecim · et
ceteris omnibus ·
Q·cccxxxviiii· X Sol Erat autē maria magdalene
et iohanna · et maria iacobi ·
et ceterę quae cū eis erant ·
quae dicebant ad apostolos
haec · Et uisa sunt ante il
los sicut deliramentū uerba
ista · et nō credebant illis ·

Petrus autē surgens cucurrit
ad monumentū · et procumbens
uidit linteamina sola posita ·
et abiit secū mirans qd factū
·F· fuerat · Et ecce [exeuntes] Duo ex illis [discipulis ihu]
ibant ipsa die in castellū qd
erat in spatio stadiorū sexa
ginta ab hierlm̄ nomine em
maus ; Et ipsi loquebantur
ad inuicē de his omnib· quę
acciderant ; Et factum ē dū
fabularentur et secum quae
[et egressus] rerent · et ipse ihs̄ adpropin
quans ibat cū illis ; Oculi autē
illorū tenebantur · ne eū ag
noscerent ; Et ait ad illos ;
Qui sunt hi sermones quos con
fertis ad inuicē ambulantes
et estis tristes · Et respon
dens unus cui nomē cleopas
dixit ei ; Tu solus peregrinus
es in hierusalem · et non
cognouisti quae facta sunt

in illis his diebus. Quibus
ipse dix. Quae. Et dixer.
De ihu nazareno. qui fuit uir
ppheta potens in opere et
sermone. coram dō. et omni
populo. Et quomodo eum
tradider summi sacerdotes
et principes nri in damna
tionem mortis. et crucifi
xerunt eum; Nos aut spe
rabamus. quia ipse eet re
dempturus isrl; Et nunc
sup haec omia. tertia dies ē
hodie. quod haec facta sunt;
Sed et mulieres quaedam ex
nris terruerunt nos. quę
ante lucem fuerunt ad mo
numentum. Et n inuento
corpore eius. uenerunt di
centes se et uisionem
angelorum uidisse. qui di
cunt eum uiuere; Et
abierunt quidā ex nris ad

monumentū. et ita inue
nerunt sicut mulieres di
xer. ipsum uero non uider; : n inuener
Et ipse dixit ad eos; O stulti
et tardi corde ad credenden
dum. in omnibus quae lo
quuti sunt pphetę; Nonne
haec oportuit xpm pati. et
et ita intrare in gloriam
suam. Et incipiens a
moyse. et omnib. pphetis.
interpretabatur illis in om
nibus scripturis quae de
ipso erant. Et adpropin
quauerunt castello quo ibant.
et ipse se finx longius ire;
Et coegerunt illū dicentes;
Mane nobiscum. qm adues
perascit. et inclinata est
iam dies; Et intrauit cū
illis; Et factum est cum
recumberet cum illis. ac
cepit panē et benedixit

ac fregit. et porrigebat
illis; Et aperti sunt oculi eorū
et cognouerunt eū. Et
ipse euanuit ex oculis eo
rum; Et dixerū ad inuicē;
Nonne cor nr̄m ardens e
rat in nobis. dum loque
retur in uia. et aperiret
nobis scripturas. Et sur
gentes eadē hora. re
gressi sunt in hierlm.
Et inuenerū congregatos
undecim. et eos qui cum
ipsis erant dicentes.
Quod surrexit dn̄s uere.
et apparuit simoni; Et
ipsi narrabant quae ges
ta erant in uia. Et quo
modo cognouerunt eum.
:F: l·cccxl· in fractione panis.
VIIII l·ccxiii· Dum haec loquuntur
:I: Ihs stetit in medio eorum.
et dicit eis. Pax uobis;

Ego sum. nolite timere;
Conturbati uero et conter
riti. existimabant se spm̄
uidere; Et dixit eis; Quid
turbati estis. et cogita
tiones ascendunt in corda
urā. Videte manus me
as et pedes (meos) quia ego ipse sū;
Palpate et uidete. quia spi
ritus carnē et ossa non habet.
sicut me uidetis habere;
Et cum hoc dixisset. ostendit
eis manus et pedes;
l·cccxli· VIIII l·ccxxi· Adhuc autem illis non cre
dentib. et mirantib. prae
gaudio. dix. Habetis hic
aliquid quod manducetur.
At illi optulerunt ei partē
piscis assi. et fauū mellis;
Et cum manducasset coram
eis. sumens reliquias
dedit eis.
l·ccc·xlii· X Sol. Et dix ad eos; Haec sunt

uerba quae loquutus sū
ad uos. cum adhuc essē
uobiscum. Qm̄ necesse
est impleri omnia quę
scripta sunt in lege moy
si. et prophetis. et psal
mis de me. Tunc aperu
it illis sensum. ut intelle
gerent scripturas. Et di
xit eis. Qm̄ sic scriptum
est. Et sic oportebat xpm̄
pati. et resurgere a
mortuis die tertia. Et
p̄dicari in nomine eius
paenitentiam et remissio
nem peccatorum. in
·F· omnes gentes. Incipien
tibus ab hierusolyma.
Uos autem estis. testes ho
rum. Et
·I· Ego mitto promissum pa
tris mei in uos. Uos aut̄
sedete in ciuitate. quo
adusque induamini
uirtute ex alto. Edux̄
autem eos foras in betha
niam. et eleuatis
manibus suis. benedixit
eis. Et factum est dum
benediceret illis. re
cessit ab eis. et fereba
tur in caelum. Et ipsi
adorantes. regressi s̄
in hierusalem. cum gau
dio magno. Et erant
semper in templo lau
dantes. et benedicen
tes dm̄. amen :-

IOH ANNES
AQ VILA·

:INCIP: PROLOG: SEC: IOH:

IOHS

euangelista unus ex disci
pulis di qui uirgo electus e
a do. que de nuptiis uolen
te nubere uocauit ds.
Cui uirginitatis in hoc du
plex testimoniu in euan
gelio datur. quod et prae
ceteris dilectus a do ds.
et huic matre sua de cruce
comdauit ds. ut uirgi
ne uirgo seruaret. De
niq. manifestans in eugtio
quod erat ipse incorrupti
bilis uerbi opus inchoans.
solus uerbu carne factum
ee. nec lum a tenebris con
phensu fuisse testatur.
Primu signu ponens quod
in nuptiis fec dns. ut osten
dens quod erat ipse legen
tibus demonstraret.
Quod ubi dns inuitatur deficere
nuptiaru uinu debeat. ut
ueterib. inmutatis noua
omia quae a xpo instituunt
appareant. Hoc aut euan
geliu scripsit in asia. postea
quã in pathmos insula a
pocalypsin scripserat. Ut
cui in principio canonis in
corruptibile principium
ingessi et ia incorruptibi
lis finis p uirginẽ in apoca
lypsi redderet dicente
xpo. ego su A. et ω. Et hic
e ioh qui sciens sup uenisse
diem recessus sui. conuoca
tis discipulis suis in epheso
p multa signoru experim
ta promens xpm. descen
dens in defossu sepulturae
suae locum. facta oratione
positus est ad patres suos.
Tam extraneus a dolore

moras. quae a corruptione carnis inuentur. Tamen post omnes eugtm scripsit. et hoc uirgini debebatur. Quorum tamen uel scriptorum tempore dispositio. uel librorum ordinatio. Ideo per singula a nob non exponitur. ut scienti desiderio conlocatio. et quaerentib fructus laboris. et dō magisterii doctrina seruetur. amen.

EXPLICIT PROLOGUS:

INCIP. ELENCUS BREUIS SECUNDUM IOHM.

I Phariseorum leuitę interrogantia ohm. Ioh ihm uidens agnum di dic. et andreas petro dic inuenim messiā.

II Ihs ad caenā de aqua uinū fec. de templo nūmolarios eiecit. soluite hoc templū dic. Nichodemo loquit de baptismo et de eius multis.

III Ihs in iudea baptizat. et iohs in enon quiq. xpm crescere se aut minorari.

IIII Ihs cū muliere samaritana loquit. pphetā in patria sua sine honore n habere eē dic. et reguli filium amorte resuscitat.

V Apud natatoria bethsaida. xxx. et viii. cennoz infirmitatē hominis sanat. ac dic scrutamini scripturas. et si crederetis moysi. crederetis forsitan et mihi.

VI De v. panib. et duob. piscib. et qd eū regē facere uoluer. Ihs supra mare ambulat. et de manna et pane celesti loquitur. ac recedentib. ab eo discipulis. unum ex duodeci diabolum dicit.

VII Scenophegiae . ihs in medio die
festo ascendens in te͂plu͂ do
cet . multis etiam de turba
credentibus idem clamat .
si q͂s sitit ueniat et bibat .
cu͂ ministris et nichodemo
principes contendunt . de
muliere adultera . ihs lum
mundi e͂e se p͂dicat :-
VIII Ihs interrogatus principiu͂
se e͂e respondit . qđ omnis
peccator seruus sit . et qđ
ihs ante abraham sit . caecu͂
ex natiuitate curat :-
VIIII De ianua & ouili . p dedicati
one͂ deambulans in te͂plo .
se et patre͂ unu͂ e͂e dic . de
lazari resurrectione :-
X Maria pedes ihu͂ unguit . et
capillis suis extergit . ihs
sup asinu͂ sedit . et uolentib.
grecis uidere ihm͂ loq̇tur
de grano frum͂ti qđ in t͂ra͂
mittitur . et uox de caelo
ad ihm . et qđ multi ex prin
cipib. crediderint in ihm . sed pp
phariseos n͂ confiterentur .
XI Pedes discipulorum lauat .
de iudae traditione . et
petri negatione p͂dicit .
et de dilectione fratru͂ . &
qđ ipse in patre . et pat͂ in
ipso est . et de obseruandis
mandatis paraclitu spr .
XII De uinea et palmitib. &
de dilectione . et de p missi
one paracliti . et omnia patris
sua e͂e . et cetera mandata .
XIII Ihs discipulos patri co͂mdat .
ihs a iuda traditur . allocutio
pilati ad iudeos . de ihu͂ et
barabba :-
XIIII Passio ihu͂ . et sepultura .
et resurrectio eius :-
EXPLICIUNT CA
PITULA :-

q. i. III mt. i. l. xiiii. INPRIN
cipio. erat uerbum· Et
uerbum erat apud dm̄.
et ds̄ erat uerbum· Hoc
erat in principio. apud dm̄·
Omnia per ipsum facta sunt.
et sine ipso factum est ni
hil· Quod factum est in
ipso uita erat· Et uita e
rat lux hominū. Et lux
in tenebris lucet. et tene
brae eam non conphen
derunt·

q. ii. III mt. iiii. l. vi. Fuit homo missus a dō.
cui nomen erat iohs· Hic ue
nit in testimonium ut tes
timonium phiberet de lu
mine. ut omnes crederent
p illum· Non erat ille lux.
sed ut testimonium perhi
beret de lumine·

q. iii. III mt. i. l. xiiii. Erat lux uera. quae in lu
minat omnē hominē ueni
entem in hunc mundum·

In mundo erat· et mundus
p ipsum factus est. et mundus
eum non cognouit·

q. iiii. X Sol. In propria uenit. et sui eū
non receperunt· Quotquot
aut receperunt eū. dedit eis
potestatem filios di fieri. his
qui credunt in nomine eius·
Qui non ex sanguinib. neque
ex uoluntate carnis neque
ex uoluntate uiri. sed ex dō
nati sunt·

q. v. III mt. i. l. xiiii. Et uerbum caro factum est.
et habitauit in nobis· Et
uidimus gloriam eius. gloriam
quasi unigeniti a patre·
Plenum gratiae et ueritatis· :F:

q. vi. I mt. xi. mr. iii. l. x. Iohs testimonium phibet
de ipso. et clamat dicens·
Hic erat quem dixi· Qui post
(uenit uir qui)
me uenturus est· ante me

factus est. qui prior me erat.
ɋ. vii. X Sol. Et de plenitudine eius nos omnes
accepimus. et gratiam pro gratia.
Quia lex per moysen data est.
gratia et ueritas per ihesum christum
facta est.
ɋ. viii. III Mt. cxii. L. cxviii. Deum nemo uidit umquam. Uni
genitus filius qui est in sinu
patris. ipse enarrauit.
ɋ. viiii. X Sol. ET HOC EST TES TI. TI
monium iohannis. quando
·I· Miserunt iudaei ab hierusolymis
x sacerdotes et leuitas ad iohannem
ut interrogarent eum. Tu quis
es? Et confessus est. et non
negauit. Et confessus est.
quia non sum ego christus. Et
interrogauerunt eum.
Quid ergo? helias es tu? Et
x dicit. Non sum. Prophe
ta es tu? Et respondit. Non.
Dixerunt ergo ei. Quis es.
ut responsum demus his

qui miserunt nos? Quid
dicis de te ipso?
ɋ. x. I Mt. viii. Mr. ii. L. vii. Ait. Ego uox clamantis
in deserto. dirigite uiam
domini sicut dixit esaias pro
pheta.
ɋ. xi. X Sol. Et qui missi fuerant. e
rant ex phariseis. Et in
terrogauerunt eum. et
dixerunt ei. Quid ergo
baptizas. si tu non es christus. neque
helias. neque propheta?
L. xv. Respondit eis iohannes dicens.
ɋ. xii. I Mt. xi. Mr. iiii. L. x. Ego baptizo in aqua. me
dius autem uestrum stetit quem
uos non scitis. Ipse est
qui post me uenturus est.
qui ante me factus est. cu
ius ego non sum dignus. ut
soluam eius corrigiam
calciamenti.
ɋ. xiii. X Sol. Haec in bethania facta sunt
trans iordanen. ubi erat

.I. iohannes baptizans.
.I. Altera die. Uidet iohannes ihm
uenientem ad se. et ait.
Ecce agnus di. ecce qui tol
lit peccata mundi.
I. xiii. Io. xi. Ar. iiii. L. x. Hic est de quo dixi. Post me
uenit uir, qui ante me fac
tus est. quia prior me erat.
Et ego nesciebam eum. Sed
ut manifestetur in israhel.
propterea ueni ego in
aqua baptizans.
I. xv. Io. xiiii. Ar. v. L. xii. Et testimonium phibuit io
hannes dicens. Quia uidi
spm descendentem quasi co
lumbam de caelo. et man
sit sup eum. Et ego nesci
ebam eum. Sed qui misit
me baptizare in aqua.
ille mihi dixit. Sup quem
uideris spm descendentem
tem et manentem sup eu.
hic est qui baptizat in spu

sco. Et ego uidi. et testimo
nium perhibui. quia hic
est filius di.
I. xvi. X. Sol. Altera die iterum
.I. Stabat iohs. et ex discipu
lis eius duo, et respiciens
ihm ambulantem. dicit.
Ecce agnus di. Et audierunt
eum duo discipuli loquen
tem. et secuti sunt ihm.
Conuersus aut ihs. et uidens
eos sequentes se. dicit eis.
Quid quaeritis. Qui dixe
runt ei. Rabbi. quod dr
interptatum magister. ubi ha
bitas. Dicit eis. Uenite
et uidete. Uenerunt
et uiderunt ubi maneret. &
apud eum manserunt die illo.
Hora autem erat quasi decima.
Erat aut andreas frater simonis
petri. unus ex duob. qui
audierant ab iohanne. et

secuti fuerant eum.

I. xvii. II. clxvi. III. lxxxii. IIII. xciiii.
Inuenit hic primum fratrem
suum simonem. et dicit ei. In
uenimus messiam. quod est
interpretatum xps. et adduxit
eum ad ihm. Intuitus autem
eum ihs. dix. Tu es si
mon filius ionae. tu uoca
beris cephas. quod inter
pretatur petrus.

I. xviii. X. Sol.
In crastinum uoluit exire
in galilaeam. et inuenit
philippum. et dicit ei ihs.
Sequere me. Erat autem phi
lippus a bethsaida. ciuita
te andreae et petri. In
uenit philippus nathanael.
et dicit ei. Quem scripsit
moyses in lege et prophetae.
inuenimus ihm filium ioseph.
a nazareth. Et dixit ei natha
nael. A nazareth potest
aliquid boni esse. Dicit ei
philippus. Ueni et uide.
Uidit ihs nathanael uenien
tem ad se. et dicit de eo. Ecce
uere israhelita. in quo do
lus non est. Dicit ei natha
nael. Unde me nosti.
Respondit ihs et dixit ei. Pri
us quam te philippus uocaret
cum esses sub ficu uidi te.
Respondit ei nathanael.
et ait. Rabbi. tu es filius
di. tu es rex isrl. Respon
dit ihs et dixit ei. Quia
dixi tibi uidi te sub ficu cre
dis. Maius his uidebis.
Et dicit ei. Amen amen dico uob.
Uidebitis caelum apertum.
et angelos di ascendentes
et descendentes. supra
filium hominis.

III ET DIE TERTIO

Nuptiae factae sunt in cana
galileae. et erat mater ihu ibi.

Uocatus est autem ihs · et discipu
li ei ad nuptias ; Et deficien
te uino . dicit mater ihu ad eum ·
Uinum non habent · Et dicit ei ihs ·
Quid mihi et tibi est mulier ·
Nondum uenit hora mea ·
Dicit mater eius ministris · Quod
cumq· dixerit uobis · facite ·
Erant autem ibi lapideae hydriae
sex positae secundum purificati
onem iudaeorum . capientes
singulae metretas binas
uel ternas · Dicit eis ihs ·
Implete hydrias aqua · Et
impleuerunt eas usq· ad summum
Et dicit eis ihs · Haurite
nunc . et ferte architricli
no · Et tulerunt · Ut autem
gustauit architriclinus a
quam uinum factam . et non sciebat
unde esset · Ministri autem
sciebant . qui haurierant
aquam · Uocat sponsum

q· xviii
V· II
Ih· xviii

q· xx
I
Ih· cclxxiiii
m· clvi
L· cclx

q· xxi
I
Ih· ccxi
m· cxxi
L· ccxxxviii

architriclinus . et dicit ei ·
Omnis homo . primum bonum
uinum ponit · Et cum in
ebriati fuerint . tunc id
quod deterius est · Tu autem
seruasti bonum uinum . usq· ad
huc · Hoc fecit initium sig
norum ihs in chana galileae ·
et manifestauit gloriam suam ·
Et crediderunt in eum discipuli ei · :F:
Post hoc descendit caphar
naum ipse et mater ei . et fratres ei .
et discipuli ei · et ibi man
serunt non multis diebus ·
Et Prope erat pascha iu
daeorum . et ascendit hie
rusolymam ihs · :I:
Et inuenit in templo uen
dentes boues et oues et co
lumbas . et nummolarios
sedentes · Et cum fecisset
quasi flagellum de funiculis .
omnes eiecit de templo ·

Oues quoq; et boues. et num
molariorũ effudit aes. et
mensas subuertit. Et his
qui columbas uendebant. dix̄.
Auferte ista hinc. & nolite
facere domũ patris mei.
domum negotiationis.
§ xxii. x. Sol. Recordati uero sunt discipu
li eius. quia scriptum est.
Zelus domus tuae. comedit me.
§ xxiii. IIII. M. clxi. L. lxxvii. Responderunt iudaei. et dixe
runt ei. Quod signũ osten
dis nobis. quia haec facis.
§ xxiiii. x. Sol. Respondit ihs. et dixit eis.
Soluite tẽplũ hoc. et in trib.
dieb. excitabo illud. Dixe
runt ergo iudaei. Quadra
ginta et sex annis aedificatũ
est tẽplum hoc. et tu in trib.
dieb. excitabis illud. Ille
autẽ dicebat. de tẽplo corpo
ris sui. Cum ergo resurre
xisset a mortuis. recordati
sunt discipuli ei. quia hoc
dicebat. Et crediderunt
scripturae. et sermoni.
quem dixit ihs. Cũ autẽ
esset hierusolymis in
pascha in die festo. multi
crediderũt in nomine eius.
uidentes signa eius quae
faciebat. Ipse autẽ ihs
non credebat semet ipsũ
eis. eo quod ipse nosset
omis. et quia opus ei non
erat ut quis testimoniũ
phiberet de homine.
Ipse enim sciebat. quid
esset in homine. :F:
Erat homo ex pha :I:
risaeis nichodemus nomi
ne. princeps iudaeorum.
Hic uenit ad eũ nocte. et
dixit ei. Rabbi. scimus
quia a dõ uenisti magister.
Nemo enim potest haec signa

facere quae tu facis. nisi
